Panicula diminutiuū a pano: alioquin ſignificat comā in milio panico arūdine. Pli. Pendēte e picearū vel roborum quoꝫ ramis quę ipſe vocat panos ⁊ paniculas: ⁊ aliq̄n nucamenta callo ſquāmatiz cōpactili: q̄ citara gręci appellāt. Quicquid igitur ſub longa vel ſubrotūda forma tumet panicula dici fere poteſt. Celſus in curatione ramicis. Faſcia eius rei cauſa fit cui imo loco pila eſt aſſuta ex paniculis facta q̄ ad repellendum inteſtinum quod deſcendit illi ipſi ſubijcitur. Pli. libro. xxj. Gręcula roſa conuolutas habet foliorum paniculas.

Pannus per duplex nn. quo veſtimur: vt pānee veſtes quę ſunt lanee vel bombycine. Huius diminutiuuz eſt panniculus. Iuuenalis. Et panniculus bombycinus vrit.

Pannoſus qui ſordida veſte et craſſo panno viliꝫ opertus eſt. Nec hoc niſi de paupere dicitur. Iuſti. lib. ij. Permutato regis habitu pannoſus ſarmenta collo gerens caſtra hoſtium ingreditur.

Pannicularia. Vlp. teſte dicuntur ea q̄ in cuſtodia receptus ſecum attulit: vt veſtē qua indutus fuerit qui ad ſuppliciū ducit̃: aut nūmos quos victus ſui cauſa habuerit in promptu: aut leues annulos: hoc eſt qui rem non excedunt aureoꝝ quinꝫ.

Panicum genus frugis. a paniculis ſuis dictum. Pli. lib. iij. Paruis racemoto paniculis. Cęſar. Panico vetere atꝫ ordeo corrupto.

Paneus a um: a pannus fit: paneus per ſimplex n. fons eſt ſub libano monte: in quo ſi qua natantia proijciantur in lacū cui phiala nomen eſt cuncta reperiuntur. Eſt etiam hoc noīe Colchorū fluuius.

Panicos repentinus terror ⁊ conſternatio dicit̃ a gręcis. Hyginius ſcribit capricornū obieciſſe hoſtibꝰ timorem qui panicus nominatur.

Pannuelium a pāno ⁊ voluendo filo: ſudariolum ſignificat: vt eſt apud Var. libro de lin. la. Hoc panicellū dicere poſſumus.

Panſe dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes: ſicut planci quibus plani ſunt.

Panſelinus pe. cor. pleniluniuz quaſi tota luna. Nam σεληνη luna dicit̃. Vn̄ ⁊ proſelinus ante lunā.

Pannonij appellātur a romanis quos gręci peonas latini vngaros vocitant: quorum fama olim formidine totā concuſſit italiā tanꝙ̄ eſſent bello inſuperabiles. Hi tribus fluuijs drauo: ſauo ⁊ iſtro vallantur. Hinc pānonicus a um. Sueto: in Aug. Reliqua per legatos adminiſtrauit: vt tamen quibuſdā pānocinis atꝫ germanicis aut interueniret: aut non longe abeſſet. Horum regio pānonia dicta eſt: regio Europe ſicut Ptole. lib. ij. ſcribit. Et eſt duplex: ſuperior ⁊ inferior ſuperior ab occaſu limites habet montē cetium: qui medius eſt inter noricū ⁊ ipſam pānoniā: ab ortu habet pānoniā inferiorē cui iuncta eſt inferior ⁊ ab ortu et ſeptētrione danubio cingitur.

Panthaſilea nomen regine Amazonū quę orithęę ſucceſſit. Dicta quaſi oīa ſubiens. Nec prima vt inquit Pli. ſecurim iuenit. Habet ei diph. in pe. apud gręcos παρθασιλεια

Pango is: pepigi: panxiꝫ pactum ſignificat figo: planto ſiue iungo. Unde pactilis a pactum quod eſt a pāgo iungo. Pli. lib. xxj. Sūmaꝫ auctoritas pactili corone. Liui. ꝓ figo poſuit lib. vij. Lex vetuſta eſt priſcis litteris verbiſꝫ ſcripta: vt qui pretor maximus ſit idibus ſeptēbribus clauū pangat: fixus fuit laterī ędis Iouis optimi maximi. Pro plāto. Col. lib. iiij. Atꝫ vetere ſarmento pangunt̃ tardius conualeſcūt ſed tardius deficiunt. Idē lib. xij. Malleolus q̄ recētiſſimus curioſiſſime pangēdus eſt. Cice. Tyroni ꝓ ſcribo poſuit: quaſi quid ſimile plantationi. An pangis aliq̄d ſophocleum: fac opus appareat. Gel. Si aut verſuz inq̄t pāgis: aut orationē ſolutā ſtruis atꝫ ea verba tibi dicenda ſunt non eas finitiones prę rancidas: neꝫ fecutinas grāmaticas ſpectaueris: ſed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere. Pro cano etiam ſiue narro: manifeſto ponitur quēadmodū cano ꝓ ſcribo: vt pāge lingua glorioſi ꝓliū certaminis. Cōpoſita eiꝰ quedā ſeruāt a: vt circūpando: circūpactus pro circūiunctus. Pli. libro. xxvij. Ramis terraꝫ circūpactis. Depango pro defingo. Idem lib. xxiiij. Quercus ⁊ olea tā ꝑtinaci odio diſſident: vt altera in alterius ſcrobe depacte moriantur. Oppāgo circūpango: repāgo a quo repages ⁊ repagula. Quedā mutāt a in i. vt appigo: cōpingo: qđ eſt cōiungo: vt in Exo. Archā de lignis ſethim compingite. Impingo. Vn̄ impages. Inter ipſa tū tam in p̄terito ꝙ̄ in ſupino conuenit.

Pape dicuntur ſacerdotes: quēadmodum preſbyteris hoc eſt ſeniores appellātur.

Pappa per duplex pp. puerorum cibus eſt: deductum nomen a pane.

Pape admirantis aduerbiū habet enim in ſe affectum

verbi miroꝛ: vt pape quid video. Aliquando etiā in/
dignationis eſt. Terē. in eu. Pape hec ſuperat ipſam
thaydem.

Papas accipit pꝛo patre ſiue pꝛo eo qui puerum alit.
Juue. Timidus pꝛegustet pocula papas. Eſt autem
nomē venerationis a Syracuſijs tractū: apud quos
pas pater dicit: vnde per geminationē papas.

Papare eſt minutis et blandiuſculis verbis patrem
appellare.

Pappare per duplex pp. ſignificat cibuꝫ ſumere: quod
a pappa fit: qui eſt pueroꝛum cibus. Plaut. in Epi.
Nouo liberto opus eſt: quod pappet dabitur: pꝛe/
bebo cibum.

Papeus apud Scythas appellatur Juppiter.

Pappus auus: nam greci παππον auū dicūt. Auſo.
ad nepotē ſuū. Pappos auiaſq; tremētes: aū ferūt:
paribus ſeri noua cura nepotes. Hinc pappous. i.
auitus. Pappi etiā dicunt carduoꝛū floꝛes. Lucre.
Veſtem nec plumas auiū papposq; volantes. Pli.
appū vocari ait lanuginē deciduā ex fructibus arbo
ris congrygie. Et pappus dictus eſt emylius roma/
nus: cuius meminit Liui. lib. xxviij.

Papauer genus herbe. Et album quidē ſatiuū ſemen
habet qđ toſtū in ſecūda menſa cū melle apud anti/
quos edebatur. Hoc pꝛecipuū cādoꝛem lina et lane
contrahūt: a quo toga papauerata dicta eſt a coloꝛe
candido. Eadē toga ſpiſſa dicebat.

Papula puſtula tuberculū vulgo bꝛuſola que ieiune ſa
liue defricatione curat. Papulis cutis exaſperatur:
et rubet: leniterq; rodit. Virg. lib. iij. geoꝛ. Ardētes
papule atq; immūdus olentia ſudoꝛ. Celſus tñ lib.
v. duo papularū genera ponit. Hui⁹ dimi. ē papilla.

Papilla parua papula. i. tuberculū. Serenus. Excruci
ant turpes anū ſi foꝛte papille. Significat etiā mam
me capitulū vnde lac trahit: q̄uis etiā pꝛo ipſa mā/
ma ponat. Virg. lib. xj. Haſta ſub exertā donec pla
ta papillam heſit. Dicte papille q̄ſi parue papule: q
papularū ſint ſimiles. A quarū ſimilitudine papile
dicunt que aquas fundūt. Var. lib. iij. de re ruſ. Qui
fit ſi adduxeris fiſtulā et in eam papillas impoſueris
tenues q̄ eructant aquā. Papilla etiā tribus Rome
fuit q̄ a genitrice vocabulū traxit.

Papillatus papilla oꝛnat⁹: ſeu in papille ſpeciē factus.
Hiero. ad Pamma. Quis pꝛurientē roſam ꝛ papil
larū coꝛymbū anteq; in calathū fundat oꝛbis Expa/
pillatus aduſq; papillā nudatus. Plau. Jdē cōnexū
in humero leuo expapillato bꝛachio.

Papilio inter vermiculos numerat quo nullū animal
imbecillius eſt. Colu. libꝛo. x. de apibus. Vermiculi
quoq; qui tinee vocant. Jtē papiliones enecādi ſūt.
Nam vt idem teſtat ex papilionū ſtercoꝛe naſcunt
tinee. Jtē papilio dicit tentoꝛiū. Hiero. in exo. Sta/
bat vnuſquiſq; in oſtio papilionis ſui.

Paphlagonia regio minoꝛis aſie: a qua paphlagones
qui teſte Coꝛ. nepote in Jtaliā trāſuecti: mox veneti
dicti ſunt. Hec vt Solinus ſcribit Cytoꝛo mōte cō/
ſurgit: poꝛrecto in ſpatiū trium ꝛ ſexaginta miliū. Jn
ea mitridates Eupatoꝛiā cōdidit q̄ ſubacta a Pom/
peio: pompeiopolis noiata fuit.

Papia ciuitas inſubꝛiū. Ticinum alio noie appellata
olim oſtrogothoꝝ et longobardoꝛū regū ſedes.

Papyrus a noſtris dicitur iūcus a nonnullis ſcirpus.
Luca. lib. iiij. Conſeritur bibula memphitis cymba
papyro. Frutex eſt habēs radicē obliquā triangulis
lateribus decem non amplius cubitoꝛū longitudinē
in gracilitate faſtigiatū thyrſi modo cacumen inclu/
dens. Naſcitur in paludibus egypti. Jnuēta eſt ab
alexandro rege papyrus auctoꝛe. Var. que fiebat ex
frutice cum alexandriā edificaſſet a qua papyro fru/
tice dicta eſt charta papyrus: q. ſ. ex papyro fieret.
Nam pꝛimo ſcribebant in folijs palmarū: poſtea in
arboꝛū libꝛis: deinde in ceris. Poſtea ꝓ id habens
charte inuentū eſt quo nunc paſſim moꝛtales vtunt.
Fitq; lintheolis cōtritis et nihilominus pꝛiſtinū no/
men remanſit. Charta vero ab vrbe Tyri cui charta
nomē fuit appellata eſt: ex quo Dido dicta eſt. Jdeo
q; vrbē a ſe poſtea edificatā ab illius noie carhaginē
nūcupauit: greci ab eadem vrbē χαρτην nomināt.
Hec etiā membꝛana vocatur a tectu membꝛoꝛū. A
papyro cognomen papiri deductū eſt: a quo papyri
ana tribus. Hinc etiā papyraceus a. um. qđ eſt ma/
teriatū ex papyro.

Par cuꝫ ſuis compoſitis compar/diſpar/impar/ſepar
ſunt ge. omīs. Et licet par ꝓdu. apud poetas ponat
in obliquis tñ pꝛima coꝛrepta. Et tam dtō q̄ gtō iun
gi poteſt. Ouid. lib. iij. meta. Sūt q̄q; par alijs etas
in ouilibus agne. Luc. Quē metuis par huius erit.
Et in ablatiuo pare vel pari. Significat autē par nu/
merū duoꝛū quaſi inter ſe pariū. Vnū par ꝛ duo pa
ria dicimus. Jnterdū pares ꝓ duobus accipiunt: vt
paribus equis vtebant romani in pꝛelio: vt ſudante
altero taranſirent in ſiccū. Jnterdū par accipit pꝛo
decenti equo et cōuenienti qđ inter omnes equabile
eſt. Quinti. Si pꝛopter matrimonia violata vꝛbes
euerſe ſūt q̇d fieri adulterio par eſt? Parē eſſe ſigni/
ficat ſufficere alicui rei: ſiue reſiſtēdo: ſiue exequēdo.
Cic. ad Atticū. Sed adhuc pares nō ſumus. Quin.
Aſpicio par laboꝛib⁹ coꝛpus. Paria facere eſt quod
alibi amiſſum eſt vel quod aliunde acceptū: alibi vel
aliunde cōpenſare. Quinti. Paria faciemus: tu illic
eris vicarius meus ego hic tuus. Paria cōponere:
gladiatoꝛū duo paria oꝛdinariū et poſtulariū. Cice.
in epi. et Suetonius.

Par impar genus ludi. Sue. de Aug. ſcripſit ad filiā.
Miſi tibi denarios ducētoſquinquaginta q̄s ſingu/
lis cōuiuijs dederā ſi vellent inter ſe poſt cēnā vel ta
lis: vel par impar ludere.

Pariter aduerbiū ſignificat ex equo. Neuius. Vt pari
ter diſparciant bona patris. Aliquādo cōuenienter.
Titi. Ne tu iſtam edepol media extuliſti pariter vt
dignū fuit. Aliquādo ſimiliter. Plau. Js ex ſe hunc
reliquit: qui hic habes filiū pariter moꝛatū vt pater
atq; auus ei⁹ fuit. Aliquādo ſignificat qđ vernacula
lingua dicimus apar: ſiue aperada mente. Hiero. in
lib. Re. Reliqui diſperſi ſunt ita vt nō relinquerent
ex eis duo pariter.

Parilis ꝛ hoc parile penul. coꝛ. ſignificat equale a quo
parilitas.

Para ꝑpoſitio greca: ſignificat ad/apud/penes/abſq;/
dis/re/ pꝛeter: tam in appoſitione q̄ in compoſitiōe.
Eſt ꝛ parra genus auis inauſpicate. Hoꝛa. Jmpios
parre recinentis omen. Plini. in. xviij. Auem parrā
oꝛiente ſyrio ipſo die nō apparere donec occidat.

Parabaſis latine trāſgreſſio. Parabates trāſgreſſoꝛ.

Parabola ſignificat iuxta ſententiā: ex παρα iuxta βο
υλη ſententia: quaſi rerū diſſimiliū cōparatio. Vn
Quinti. Parabole quā Cic. collationē vocat longi⁹
res q̄ comparāt repetere ſolet: vt tam foꝛtiter apud
Hipponem fecit Scipio q̄ vtiq; apud vticā Cato.
Hiero. Parabole grece latine dicūt ſimilitudines.
Quod libꝛo ſalomonis vocabulū ob id impoſitū ē:
vt ſciremus altius et non iuxta litterā tantū intelligi
debere que dicūt. Jn quo dominū ſignificat per pa/
rabolas fuiſſe locuturū. Aliud eñ in ſupficie ſonat:
aliud in intellectu innuit.

Parabos inſula parua contra phenicem: vt inq̄t Pom
ponius.

Paracletus per e. pꝛoductā ſcribitur et pꝛofert a πα
ρακαλω: qđ eſt rogo ꝛ hoꝛtoꝛ ſignificat. Apud iu/
nioꝛes vero grecos etiā pꝛo conſoloꝛ inuenit. Hinc



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

paracletoꝛ et paracletus deſcendit. Et qui in foꝛo ac
iudicijs noſtri deprecatores vocant̄: hi apud grecos
paracletores dicunt̄. Itaq pollicet̄ domin⁹ diſcipu
lis ſuis miſſurū ſeſe paracletū ſpiritū qui eos ſit edo
cturus: ſiue illū adhoꝛtatoꝛē ſiue deprecatoꝛem: hoc
eſt aduocatū: ſiue conſolatoꝛē velimus intelligere.
Paraclytus aūt per y. tenue infamē aut preter famā
ſignificat. Nam para in huiuſmodi cōpoſitiōe pre-
ter: vel diminutionē denotat: κλυτος vero famam
declarat inſignē: id quod inclytus pꝛobat. Itaq pa-
raclytus a para et clytos nomine compoſitum eſt:
Quod ſignificatum ponere Chꝛiſto abſurdum ⁊ im
pium eſſet.

Paracentheſis ſignificat punctionē: vt eſt apud Pli-
nium lib. xxv.

Paradiaſtole dici poteſt per dilatationē: quod fit cum
rem noſtrā dilatamus interpꝛetatione.

Paradromis idis. ambulatio ſiue xyſtum. Victru. La
tini xyſta ambulationes appellant: quas greci para-
dromitas.

Paradigma παραδιγμα exemplum facti vel dicti
alicui⁹. Virg. Antenoꝛ potuit medijs elapſus achi
uis Illyricos penetrare ſinus. Fit autē trib⁹ modis
A pari: a maioꝛi: ad minus: a minoꝛi ad maius.

Paradiſus pomariū: id eſt hoꝛtus cōſitus: gener. tam
maſ. q̄ fe. Eſt ⁊ nomē oppidi: vt apud Pli. et Stra.
Eſt locus in oꝛiente longo tractu maris diſtans a cō
tinente. De quo Aug. ad oꝛoſium ſcribit ſic Paradi
ſus in oꝛiente ſitus eſt iniecto oceano: et a noſtro oꝛ-
be longe remotus in altiſſimo loco conſtitutus per-
tingens vſq ad lunarem circulum. Unde illuc aqua
diluuij minime ꝑueniſſe dicit̄. Hic locus a pꝛimi ho-
minis reatu intercluſus eſt: nec vlli animantiū datur
in eum aditus.

Paradoxa iuxta ſententiā vel inopinabilia ſeu admira
bilia. Nam para pꝛeter vel contra ⁊ iuxta ſignificat.
Unde paradoxa Ciceronis. i. electa ſententia: vel q̄
ſunt pꝛeter opinionē.

Paragogon cum accentu in antepe. dici poteſt deriua
tiuū: vt ab albeo albico.

Paragoge deductio figura qua littera vel ſyllaba fini
iungitur: vt dicier ꝓ dici. Hanc alij paralepſim: alij
pꝛolepſim.

Paragraphus ⁊ paragraphū vtrunq dicit̄. Paragra
phe: latine ſcriptio exceptio.

Paralus: vt Plini. lib. vij. ſcribit nomen fuit eius qui
pꝛimus longam nauem inuenit. Sūt ⁊ parali in At-
tica qui paraliam incolūt. Plutrarchus parolos fa-
ctionum vnam e tribus que athenis erant Solonis
tempoꝛe intelligit.

Paralipomenon derelictū ab παρα ⁊ λειπομενον
relictum pꝛetermiſſum.

Paralyticus latine diſſolutus dicit̄. Paralyſis diſſo-
lutio neruoꝛū. Et alio noīe a grecis hemiplexia hoc
eſt ſemiapoplexia cū in alterā tantū coꝛpoꝛis partē
malū id incubuit. Nam cū totū afficitur apoplexia
nominat̄. Nunc vtrūq inquit Celſus paralyſin ap-
pellari video. Inde paraliticis qui tremuli ſūt reme
diū eſt in quo ſit abſtringēdi efficatia. Ideoq. Ter-
tu. in apologia de Chꝛiſto dixit. Cū ille verbo demo
nia excuteret: lepꝛoſos mūdaret: paralyticos reſtrin-
geret: moꝛtuos deniq verbo redderet vite. Reſtri-
ctus ergo reſoluto contrarius eſt. Nominatur id et
pareſis fere defectus viriū.

Paralleli pe. pꝛo. q̄m per η. a grecis ſcribit̄ dicuntur
circuli ſphere qui ad eundē polū conſtituti finiūtur.
Parallelus eñ quaſi alternus mutuus inuicē com-
paratus a quo linee eque diſtātes parallele dicūtur.
Ideoq ſegmēta mūdi que nos circulos dicimus pa
rallelos greci vocant.

Paranymphus a Hiero. dicit̄ pꝛonubus: ab antiquis
auſpex. Antiqui eñ pꝛo nuptijs celebrādis auſpiciū
capere ſolebant. Qui ꝑerat huic rei pꝛo parte viri a
grecis paranymphus: a noſtri auſpex dicebat̄. Et vt
auſpex ꝓ parte viri: ſic ⁊ pꝛonuba ꝓ parte mulieris
adhibebat̄. Itaq cū apud chꝛiſtianos auſpicia mini
me captentur: adhibent̄ ſacerdotes qui ⁊ pꝛonubi a
nobis dicunt̄. Auguſt. lib. xiiij. de ci. dei. Non om̄es
famulos atq ipſos etiā paranymphos ⁊ quoſcunq
ingredi quelibet neceſſitudo permiſerat antemittit
foꝛas q̄ vel blandiri cōiunx cōiugi incipiat.

Paraphꝛaſtes dicit̄ interpꝛes qui non litterā ex littera
ſed ſenſum e ſenſu tranſfert: quaſi iuxta loquēs. Et ꝑ
ꝑuerſo et depꝛauatoꝛe ponit̄. Hiero. in pꝛologo lib.
Re. Et cū intellexeris qđ antea neſciebas vel inter-
pꝛetem me eſtimato: ſi gratus es vel paraphꝛaſten
ſi ingratus. Idem ad Alga. Conabimur itaq παρα
φραστικως ſenſus eius euoluere. Paraphꝛaſis ꝑ-
uerſa dictionū interpꝛetatio.

Parapherna non paraphꝛena dicunt̄ ea que ꝑter dotē
dant̄ femimis a para ꝑter ⁊ φερνη dos quaſi pꝛeter
dotem. Hec paraphernalia dicunt̄.

Parapetaſma atis. latine velū coꝛtina.

Paraſceue es. dici poteſt pꝛeparatio: nā a παρασκευ
αζω: quod eſt pꝛeparo deducit̄. Unde ⁊ dies quo
dominus noſter ieſus Chꝛiſtus pꝛo humani generꝭ
ſalute cruci affixus fuit paraſceue dicit̄ quoniā eo iu-
dei neceſſaria ſic ꝑparabāt: vt paſce dies abſq opa-
tione aliqua tranſigeret̄.

Paraſitus penul. coꝛ. qui alioꝛū mēſas ⁊ cibaria ſequi-
tur ex para: ad σιτον cibus σιτεια ſagina: quod non
ſolum frumentum: ſed cibaria quoq deſignat quod
vt conſequi poſſit omnia ad voluptatē: cuius eſt tra-
ctus nidoꝛe culine pꝛimo loquit̄ om̄ia: deinde aſſen-
tat̄ om̄ia illius facta ac dicta laudat: nihil repugnat:
omnia ſuffert: nihil ventris cauſa facere recuſat: in q̄
ſummum bonum conſtituit. Accipitur nōnunq̄ pꝛo
eo qui ſimplicibus verbis riſum ab audientibus ca-
ptat. Pꝛimo tamen paraſitus in honoꝛe fuit: vtpo-
te qui ſacro miniſterio addict⁹ eſſet. Pꝛo eo ꝙ poſt
ea dictus eſt: qui ad menſas diuitū oblectatiōis cau-
ſa admittebantur.

Paraſitaſter qui paraſitoꝛū imitatoꝛ eſt. Nam que in
aſter: finiūt imitationē potius q̄ diminutionē ſigni-
ficant. Cic. pꝛo Vareno. Euricius hic noſter antoni-
aſter. Duo tamē potiſſimū diminutionem denotant
ſurdaſter ⁊ recaluaſter.

Paraſange apud perſas viarū menſure ſunt quinqua-
ginta ſtadia cōtinentes.

Paraſtate vt apud Victru. et Plini. lapides ſunt pila
rum fere modo appoſiti columnis: de qua ſimilitu-
dine alterū cruris os. (duo eñ ſunt) paraſtata noīat̄
in iumētis a Vegetio qđ et paracmenion. Iul. Pol-
luci apud quē ⁊ meatus illi per quos genitura e teſti
bus ꝑ vꝛine vias defert̄: paraſtate nūcupant̄. Sunt
et in ꝑlio inquit dicti paraſtate nomē officij: quoniā
adiūcti ſunt ꝓſtatis: hoc eſt ijs qui pꝛeſunt coꝛnibus
ſicut epiſtate: qui tertiū in regendis his locū tenent.
Sed et tabule quedā certis inſtrumentis a Victru-
uio paraſte vocantur.

Paraſiopeſis ſchema eſt apud rhetoꝛes a latinis pꝛe-
occupatio dicit̄ cū aliquid nos reticere dicimus et
tñ tacitū intelligit̄. Quod fit vel cū rem notā eſſe pu
tamus auditoꝛibus: vl̄ cū ſuſpitionē maioꝛē excitare
reticendo volumus.

Paropaniſades regio aſie que ſicut refert Ptol. ab oꝛi
ente parte Indie ab occaſu Arabia terminat̄ a meri
die Arachoſia.

Paraſtades lapides q̄ vtrūq oſtij lat⁹ muniūt. Vict.
quoq paraſtadas in mentiōe tēploꝛū vocat antas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraſtaſis latine aſſiſtentia: affirmatio: per teſtes approbatio.

Paraſynthetes decompoſitus.

Paratimma latine intertrigo cum ſemina aduruntur.

Paraçonium genus gladij qui ad çonā accingi ſolitus ἀπο τοῦ παρα και της ζωνης: quaſi ad çonā pendens.

Pareneticus a.um. idem quod preceptiuus ſiue admonitiuus a verbo greco παραινεω qđ ſignificat precipio ⁊ admoneo παραινεσις ꝓceptio ſiue admonitio. Hinc acron horatianus interpres: hec ode parenetice ſcripta eſt: pro eo quod eſt preceptiue ſiue monitorie: ſicut ab eodē dicit̃. Hec Erotice dicta ē: pro amatorie.

Parmenides eleata philoſophꝰ Xenophanis auditor atq̃ amicus: cenſuit ſempiternum: atq̃ immobilem eſſe vniuerſum quod eſt ens ſm veritatem rerum: ſolum em̄ eſſe ſimplex ⁊ intrepidū atq̃ ingenitū: generationē vero eorū eſſe qua falſa exiſtimatione videntur: eſſe cum non ſint. Nam ſenſus ſemouēdos a veritate putat: affirmat em̄ ſi quid eſt preter ens id eſſe nō ens. Non ens autē non eſſe in rebus ⁊ ſic ens viuentū ſibi relinquit̃: terra vero dēſioris aeris defluxu factam arbitratur.

Paronomaſia latine agnominatio cū aliquod nomen ex alio in ſignificatione diſtante cōficit̃. Terē. Nam inceptio eſt nō amantiū ſed amentiū.

Parochus pe. cor. auſpex: ſiue paronymphus ꝙ ante vehicula eat: q̃ grece οχηματα dicunt̃. Quidam parochū interpretāt̃ ꝓbitorē παρεχω ꝓbeo. Huiꝰ officiū erat magiſtratibus ꝓbenda cōducere: vel parochi magiſtratus erant quibus cura erat vt ligna ⁊ ſal legatis publice miſſis ꝓberent̃. Hora. Proxima campano ponti q̃ villula tectū Prebuit et parochi que deb.nt ligna ſalemq̃.

Parochie eccleſie dicunt̃ ꝙ ſuis parochianis victū celeſtem exhibent. Hier. cōtra Uigil. Qui parochias ſuas vicinia iſtius ſcribunt eſſe maculatas. Et alibi. Miror ſanctū epiſcopū: in cuiꝰ parochia eſſe preſbyter dicit̃: acquieſcere furori eius.

Paroecia cū e. diph. dici poteſt incolatus. Nam para iuxta οικως domus: vbi.ſ. ſunt domus contigue. Augu. lib. xiiij. de ci. dei. Preſbyter fuit quidā noīe reſtitutus in paroecia calamēſis eccleſie.

Parergon dicit̃ quod alicui rei ꝓter propoſitū addit̃: vt ſi pictor alicuius ſancti imaginē pingens ornādę tabelle gratia arbuſculas et auiculas et huiuſmodi addiderit. Plini. Prothogenes cū athenis celeberrimo loco minerue delubro ꝓpyleū pingeret adiecit paruulas naues longas in his que pictores parerga appellant.

Parectatus qui de puericia venit ad pubertatē. Lucil. lib. x. Tuū ephebū quē vocant parectatū.

Pareſis idē quod parilis a defectu viriū dicta.

Parentheſis interpoſitio ex παρα et εν: que duo ſignificant inter θεσις poſitio. Figura quotiens remota de medio ſententia integer ſermo perdurat.

Paronychia abſceſſus circa radices vnguium. Plini. lib. xxiij. Gingiuarū inflationibus paronychijs: ſordidiſq̃ vlceribꝰ ⁊ putreſcētibus deriuatio eſt manifeſta. Dicta paronychia: a παρα ad ονυξ vnguis quaſi ad vnguem.

Paronymon nomen ab alio deriuatū.

Parce quia nemini parcant: ac ideo tres eſſe parcas arbitrant̃: qm̄ tria ſunt tēpora in quibꝰ om̄ia inuoluūtur lacheſin dictam eſſe qr λαγχανω grece ſortior deſignat. Atropō qr reuerti nō poſſint Clothon: qm̄ contorta ⁊ coordinata om̄ia tentat. Hec em̄ nomina ipſa lingua greca oſtendūt.

Paropſis idis. per o. generis femi. ex πάρα et ὄψω: id eſt ad cibū proprie genus iuris: ſm Iul. Pollucē: q̃q̃ et pro repoſitorio obſoniorū: qđ cautinū dicunt apud idoneos legat̃. Mar. Qui portat gaudēs ancilla paropſide rubra Halecem. Sue. in Gal. Ordinario quidē diſpenſatori breuiariū rationū offerenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

Parotides apoſtemata ſecus aures. Nam collectiōes fiunt in glandulis. Dicunt̃ et parotides: vt inq̄t Celſus arterie due in dextra ſiniſtraq̃ iuxta guttur q̄ ſurſum ꝓcedētes vltra aures ferunt̃. Quin ⁊ ipſi aurium cincinni apud Iuliū Pol. vocant̃ parotides. Item q̄ partes his ſubiecte q̄ a faucibꝰ ad malas pertinēt. Para em̄ ad: ωτα aures dicunt̃. Solent etiā iuxta dentes in gingiuis oriri dolentia quas greci parotidas appellant: quarū remedia ſcribit Cel.

Paradontides ſiue parulides tubercula iuxta gingiuas cū caro in gingiua excreuit.

Paroxyſmus ſtimulatio: concitatio παροξύνειν em̄ eſt incitare.

Paratragedio as. i. exaggero: ac verborū magnitudine aliquid augeo. Plaut. Illic homo eſt vt paratragediat carnifex.

Parrhaſia regio in peloponneſo: dicta arcadia lichaonis patria. Uñ paraſius a. um. ꝓ arcadico. Uirg. Parrhaſio dictum panos de monte lycei In ea eſt mōs lyceus: in quo bicornis fauni templum fuerat: a quo lycea ludicra illi ſacrata a nob lupcalia dicta. Unde Ouid. lib. ij. faſ. Quis vetat arcadico dictos a monte lupercos. Faunus in archadia templa lyceus habet.

Parphaſius: nomen pictoris epheſij: qui cum çeuſide in certamē picture deſcēdit. Hic primus ſymmetriā picture dedit: primus argutias vultus: elegantiā capilli: venuſtatē oris expreſſit. Et cum çeuſis detuliſſet vuas pictas tanto ſucceſſu: vt in cenā aues aduolarent ipſe detulit linteū auibus pictum.

Parco is. peperci vel parſi parſum. Unde parſurus proprie ſignificat abſtineo: quaſi parū tango. Hinc parcere pro veniā dare. i. ab vltione abſtinere. Liui. lib. xxv. Necdum eos capue parſuros. Uirg. Parcere ſubiectis: et debellare ſuperbos. Aliquādo pro prohibere: vt Parcite oues nimium procedere. Aliquādo deponere: quia ab his que deponimus abſtinemus. Uirg. Parce metu cytherea: manēt immota tuorū: Fata tibi. Aliquādo pro ſeruare: quia ſimiliter ab eis abſtinemus. Idē lib. x. Argenti atq̃ auri memoras que multa talenta. Natis parce tuis. Aliquādo pro deſinere: Nā et deſinere abſtinere eſt: vt Parce pias ſcelerare manus. Sic parcere errori dicimus abſtinere a caſtigatiōe erroris: ſiue parum caſtigare errorē. Parcere pecunie: abſtinere ab expendenda pecunia: ſiue parū expendere pecuniā. Uar. Parſurus pecunijs bene partis. Parcere fame: abſtinere a fama non laudare. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nimis ſuperbum ſit fame parcere principum ciuitatis vbi ſue fame parci numina noluerunt. Parcere labori: abſtinere a labore: ſiue parum laborare ⁊ eodem modo de ſimilibus. Huius verbi cōpoſita ſunt comparco eiuſdē cū ſimplici ſignificationis. Teren. Suum defraudans geniū comparſit miſer. Reparco iterum parco. Plau. in Trucu. Etiā rei iterū parciſſem mee: vt non reparcis.

Parcus qui frugi eſt et ſumptibus parcit. Gel. lib. iij. Neq̃ ab arca: neq̃ ab arcendo ſed ab eo ꝙ paruum et parū denominat̃. Hinc parcitas pro frugalitate. Huiꝰ compoſitū eſt preparcus valde parcus. Pli. libro. xj. Aliqñ ⁊ ipſe contrahunt mortis ſibi cauſas cū ſenſere eximi mella auide vorantes: cetero preparce: et que alioquin prodigas atq̃ edaces nō ſecus ac

pigras: et ignauas perturbent. Similiter deparcus nimiũ parcus ac tenax: cui opponiť ꝓfuſus: ac magnificus. Apul. At nõ contra accuſaſtis vnũ ſeruum: vt deparci tris libertos vt profuſi.

Parce dicte ſunt a parco: per contrarium: ꝙ nemini parcãt. Var. a partu vnius litterę mutatione deduci putat: quoniam vt ſcribit Heſiodus hę naſcentibus hominibus bonum malumꝫ conferre conſentiant. Iuue. Hęc exempla para fęlicibꝰ at mea clotho: Et lacheſis gaudent ſi paſcitinguine venter. Tres aũt fuiſſe parcas. Clotho. ſ. Lacheſin: et Antropon finxerunt antiqui: quas Cic. Herebi ⁊ noctis filias fuiſſe ſcribit: et eaſdem fata eſſe exiſtimant. Unde eſt illud Cleantis. Ducũt volẽtẽ fata: nolentẽ trahũt. Fingũt vitę hominũ ꝓneſſe et nendo eã ducere. Quapropter lanificas ſorores appellat. Mar. Si mihi lanifice ducunt non pulla ſorores Stamina: nec ſurdos nox habet iſta deos. Apul. Tres parce tria fata ſunt nũero cũ ratione temporis facientia: Si poteſtatẽ earũ ad eiuſdẽ ſimilitudinẽ tẽporis referas. Nam qđ in fuſo ꝑfectũ eſt ꝓteriti tẽporis habet ſpeciẽ. Et quod torquetur in digitis momenti ꝑſentis indicat ſpatia. Et quod nondũ ex colo tractum eſt: ſubactumꝫ cure digitorum: futuri ⁊ conſequẽtis ſeculi poſteriora videtur oſtendere.

Parſimonia moderatio ſumptuũ et parcitas. Hoc eſt conſeruatio rerum quę ſic diffiniť a phis: Parſimonia eſt qua cauemus: ne quod diſpendiũ vltra modũ fiat ⁊ res familiaris quoad fieri poteſt ſine cuiuſꝫ iniuria conſerueť. Fit autẽ a ꝓterito parſi qđ ɔſeruaui ſiue abſtinui ſignificat. Nam alterum pręteritũ peperci potius accipitur ꝓ veniã dedi: ꝗuis aliquãdo confundantur.

Pardus animal eſt: cuiꝰ fęmina pardalis diciť. Unde et leopardus.

Pario is. peperi partũ et paritũ penulti. pro. a quarta cõiugatione. A tertia vero penul. cor. Stra. Hoſti veniat paritura marito. Aenn. Qua parire ſolet genus pennis cõdecoratũ. Eſt autẽ parere fętum emittere: quod proprie ad fęminas ꝑtinet: licet etiã quandoꝫ de viris dicatur. Cecili. Hic vicinus noſtri perperiſſe ſe filium memorat: id eſt genuiſſe. Per trãſlationem de his dicitur: interdum qui non concipiunt pro acquirere ſeu comparare. Et ſic cõſtruitur ſicut emo. Col. lib. x. Sequitur vt ex anima deſideremus ea porro vel ęre parta vel gratuita contingunt. Virgiliꝰ. Ite ait egregias animas quę ſanguine nobis Hanc patriã peperere ſuo. Huius compoſita ſunt aperio: a quo adaperio/comperio/operio: a quo cooperio et reperio.

Parturio is. penulti. cor. a pario vel a partu fieri videť quod ẽ in pariẽdo laboro: ſeu laboro vt pariã. Pli. Utiꝫ conſtat parturiẽtes foliis ſubtractis celerius parere. Var. In cubilibus cum parturient ſubſternendum cum pepererint tollere ſubſtramen. Cice. Utinam aliquãdo dolor populi Romani pariat qđ iam diu parturiit. Amb. de Cain. Nos partꝰ anima noſtra parturiat: nec ſolũ parturiatur: ſed etiã pariat. Ponitur tamẽ quãdoꝫ pro primitiuo. Hiero. contra Ruf. Putaſne eiuſdẽ meriti eos qui parturiunť et qui parturit.

Partus a. um. participiũ a pario. Apul. Partamꝫ a patre multo tempore et multo labore pecuniã vno die conſumpſit. Partus us. nomen pro ipſo pariendi actu. Plinius. Et ſi a pregnantibus commanducatum partum faciliorem facit. Aliquãdo accipitur ꝓ prole. Mar. Nec iacuit partus ſed matre cadente cucurrit.

Paritura idẽ qđ genitura. Var. li. ii. đ re ru. Quare demes ſi vis duas res de mulis admiſſurã ⁊ parituram.

Partio onis. idẽ qđ partus. Plaut. in Tru. Horreſco miſera mentio quotiens fit partionis.

Parens a pario fit: quo nomine non modo pater ⁊ mater: ſed auus ⁊ proauus: auia ⁊ ꝓauia: et omẽs ſuperiores vſꝫ ad tritauos ſignificanť: vltra hos qui non habent ſpeciale nomẽ: maiores appellantur. Caius ſcribit appellatione parentũ omnes in infinitũ maiores vtriuſꝫ ſexus ſignificari. Auctor eſt Hiero. in ſecũda contra Ruff. apologia parẽtes etiã ſignificare affines ⁊ cognatos iuxta vernaculũ ſermonẽ. Lãpr. de Alexandro ſeuero ſic ſcribit. Amicos ⁊ parẽtes Alexander ſi malos reperit aut puniuit: aut ſi vetus vel amicitia vel neceſſitudo non ſinit puniri dimiſit a ſe dicens. His carior eſt mihi reſp. Iul. Capitoli. de. M. Antonio refert: ꝙ adoptatus in aulicam domũ omnibus parentibꝰ ſuis tantã reuerentiã quãtã priuatus exhibuit hinc

Parentela ab eodẽ vſurpať cum dicit. Cauſa eloquẽtię dignũ parentela ſua putauit.

Parento as. ſignificat parentibus iuſta celebro. Licet etiã ad alios transferať. Pli. lib. xviii. Quoniã mortuorũ animę ſunt in ea. ſ. faba: qua de cauſa parẽtando vtiꝫ aſſumitur. Sumiť etiã interdũ parentare ꝓ ſimilem eſſe.

Parentalia conuiuia quę in parentũ aut propinquorũ mortibus fieri conſueuerũt. Hoꝝ Aeneas inuentor fuit Hiero. in Hiere. ꝓphetã lib. iii. Mos eſt in gẽtibus ferre cibos ⁊ pręparare cõuiuiũ: quod a gręcis ⁊ a noſtris vulgo appellať parentalia: eo ꝙ parentibus iam defunctis iſta celebrabanť. Uel dicta ſunt parentalia ꝙ ita parerent mortuis qui ita viuentes iuſſerant facere vel ꝙ filii parentibus hoc ꝑſtarent.

Pareo es. parui paritum. Unde pariturus ſignificat videor et appareo: vt aliqui putant deductũ: qm̃ partus poſtꝫ extra vterũ eſt videť. Virg. Cui pecudũ fibre cęli ſydera parent. i. a quo fibre ⁊ ſidera cernũtur. Unde ⁊ compoſita a pareo: vt Apparẽt rari nantes in gurgite vaſto. Compareo corã aliquo pareo: vt puer non cõparet ⁊ ego quo ibo? Diſpareo a conſpectu recedo. Tranſpareo per aliquod corpus lucidum videor. Interdum parere eſt obedire. Virg. Paret amor dictis care genitricis. Iuſti. lib. i. Vix patienter vni viro nedum fęmine pariturus. Et habet penultimã productã.

Paro as. acquiro. Et ſicut emo capi põt licet in eo precium expreſſum non inueniať ita apertum vt in eius cõpoſito cõparo: ſed qſi preciũ. Teren. in eu. Cupio aliquot parere amicos beneficio meo. Cur. Quid tibi diuitiis opus eſt quę te eſurire cogunt: ꝑmus oĩm ſatietate paraſti famẽ: vt quo plura haberes acrius ꝗ ſi nõ haberes cuperes. Huius cõpoſita ſunt apparo/cõparo/reparo/ſeparo/diſparo: qđ ẽ ſeparo: ęquiparo/propero/et ſupero: ꝗ habent pe. cor.

Parabilis et hoc parabile: quod in promptu eſt ⁊ cito haberi põt. Sene. Ad manũ eſt ⁊ parabile qđ ſat ẽ: qui ad naturã viuit: nunꝗ eſt paup. Cice. lib. v. Tuſ. Diuitias (inquit) naturę parabiles eſſe.

Paro nauis genus: ad cuiꝰ ſimilitudinem Myoparo dicitur.

Paries etis penultima producta: de priuatis diciť: vt paries domorũ. Murus tam de publicis ꝗ de priuatis dicitur.

Parietine penul. pro. muri veteres ac ſemiconſumpti. Plini. Aſtericũ herba eſt naſcens in tegulis parietiniſꝫ folio ſimilis ocimo. Aug. Parietine dicunť ꝗs vulgo dicimus ruinas: vbi parietes ſtant ſine tecto ſine habitantibus.

Parietaria: herba a parietibus: in quibus naſcitur dicta vulgo vitriolum. Dicitur et perdicion quoniam perdices ea veſcantur:

Paros inſula eſt: que a delo. xxxv. millib⁹ diſtat ex qua parius lapis marmoreus. Hanc pmo plateam: poſtea minoida vocitarunt. In ea eſt oppidum etiam paros vocitatum. Pharos vero cum h. eſt alia inſula: de qua infra.

Parius lapis candidus: e quo multa ſigna fiũt. Et ẽ in paro inſula vna ex cycladib⁹. Virg. Niueaq́ parõ.

Parium ciuitas aſie in regiõe myſie. Ex qua fuit Neoptolemus cognomento Gloſſographus vir memoratu dignus.

Parma breue ſcutũ: quo pedites vtebãtur: ꝙ e medio in omnes partes eſſet par: vt inquit Var. Virg. lib. xj. Enſe leui nudo parmaq́ inglorius alba. Hoc ſcutum greci auctore Pli. vocãt peltam. Huius diminutiuum eſt parmula. Hora. Senſi relicta non bene parmula. Parma etiã nomẽ fluuij: a quo vrbs inter placentiam et Cremonã ſita parma appellata eſt. Hec patria fuit Caſſij poete et Macrobij viri ingenio ⁊ doctrina preſtantis.

Parmularius gladiator: qui parmula vtebatur. Itẽq́ fautor ⁊ locator eius generis: porro parmularij etiã thraces ſiue threces appellabantur. Feſt. Threces inquit gladiatores a ſimilitudine parmularũ thraciarum vocati.

Parnaſus pe. pro. mõs in phocyde vt ſcribit Plinius ⁊ Stra. lib. ix. Et Herodo. Mellaq́ confirmãt: qui mons duos vertices habet: quorũ vnum Thitorea: alterũ Hyampeũ. Herodot⁹ in Vrania tradit. Nõ autẽ Cytheronẽ ⁊ heliconẽ: vt Ser. putauit: ſeu vt alij volũt cyrrhã aut Cyrphim: ſeu nyſam cũ cytherõ: ꝙ Cytherõ aut helicon in Boetia mõtes diſiũcti ſint: ita vt helicon ꝓcul ſit a parnaſo circiter quindecim paſſuum milia. Cyheron vero. xxx. Eſt autẽ ſicut docet Stra. Helicon parnaſo emulus et altitudine ⁊ circuitu. Et muſis natale in nemore Helicone ſcriptores aſſignãt. Cyrrha vero ⁊ Nyſa ſunt nomina ciuitatũ. Cyrrha ſub Cyrphin rupẽ parnaſi in radicib⁹ mõtis in planicie mare verſus locata eſt. Nyſa vero nõ in parnaſo: ſed in felici arabia ſita eſt: in qua cũ bacchus nutrit⁹ eſſet in eius memoriã ipſe poſtea aliã in India condidit. Eſt igiẽ parnaſus phocydis ſacer baccho ⁊ appollini. Ouidi⁹. Separat aonios acteis phocys ab aruis ẽra ferax. Mox addit. Mõs ibi verticib⁹ petit arduus aſtra duob⁹ Nomine parnaſus: ſuperatq́ cacumine nubes. Luca. Carmine parnaſus gemino petit ethera colle. In hoc monte rupes vel maieſtate numinis vel ſitu ipſo horrorem viſentibus facit: vndiq́ fere preceps in formã theatri: hic eſt apollinis delphici tẽplũ: hic fons caſtali⁹ muſis ſacer. Hic habitauere pieres natio thracia: vnde pierius mons ⁊ pierides muſe. Sub parnaſo habitauerũt hiantes populi. Unde aque parnaſi fontis hiantida dicunẽ. Hic fontes atticam verſus Hippocrene ⁊ Aganippe. A parnaſus fit parnaſi⁹ a. um. Virg. Nec tm̃ phebo gaudet parnaſia rupes

Parricida penulti. producta a pari vel a patre deduci poteſt. Si a pari r. euphonie cauſa additur. Si a patre t. in r. conuertitur. Ideo per duplex rr. ſcribitur Quibuſdam tamen a parente compoſitum videtur ex pro parenticida per ſincopam cõmutatione t. in r. Nam paricide dicunẽ parentũ interfectores et patrie proditores: quia patria parens vniuſcuiuſq́ eſt. Lege pompeia de parricidis cauẽ: vt is parricidij teneatur: non ſolum qui patrem et matrem interfecerit: ſed qui fratrem/ſororẽ/patruelem/matruelem/filium/filiã/nepotẽ/nurũ: alioſq́ ꝓpinquos occiderit. Punit et ꝓ alio quocunq́ qui qualemcumq́ hominem occiderit. Vñ extat lex Nume pompilij. Si qs liberũ hominẽ morti ſciẽs duit: parricida eſto. Et ſic a pari ſit compoſitũ. Hinc parici appellabãtur queſtores qui cauſa capitaliũ rerũ querendarum creari ſolebãt. Sunt tñ qui inter parricidiũ et patricidium diſtinguãt: ꝙ patricidiũ ſit patris interfectio. Unde et matricidiũ quo mater interficitur: ſic patricida et matricida. Patricidium vero cognati: vel ciuis: vel alicuius alij occiſio: vel contra patriã machinatio. Cic. lib. iij. offi. Poteſt eñ dij immortales cuiq́ eſſe vtile fediſſimũ: et teterrimũ parricidiũ patrie: q̃uis is qui ſe eo obſtrinxerit ab oppreſſis ciuibus parens nominetẽ. Plau. tamẽ parẽticidã appellat qui patrẽ interfecerit. Greci patroctonũ απο των πατερων que illic venari cõſueuerant.

Parthenius virgineus dicitẽ. Quo nomine dictus eſt mons archadie: a virginibus que in eo veneri frequẽter ſacra facere ſolebant. Eſt et parthenius fluuius paphlagonum.

Parthenope vna fuit ſyrenum que pre dolore ꝙ preteruntem Ulyſſem cum ſocijs cantu non deceperint in mare ſe p̃cipitarũt: vna hec in eũ delata eſt locum vbi poſtea condita fuit neapolis preclara vrbs campanie. Parthenos eñ virgo latine dr. Ab hac igiẽ ſirene neapolis ẽ appellata a ṽgine parthenope. Et licet quidam dicãt neapolim dictã ꝙ auguſtus eam inſtaurauerit: tamen legiẽ a Lycophrone neapolim ante Auguſti tempora qui tẽpore Ptolemei philadelphi claruit: et neapolitanos ſingulis annis ad tumulũ parthenopes faces tuliſſe. Hanc cumani a parentibus digreſſi condidiſſe produnẽ: qui in eo loco parthenopes corpus in veteri monumento conditũ reperiſſent nomen eius vrbis indidere. Sed poſtq́ loci vbertate atq́ amenitate maiorem in modũ frequentari ciuitas cepit veriti ne cume deſererenẽ diruendi parthenopem conſilium iniuere. Quo facto mox immani peſtilentia vexati oraculo moniti ſunt vt vrbem reſtituerent. Itaq́ ſubito inſtauratã neapolim: hoc eſt nouã vrbem vocauere. Hinc parthenopeius a. um.

Parthia regio aſſyrie: a qua parthi. Hi lingua ſcythica exules dicuntur: ſicut refert Iuſti. lib. xlj. docens ab exulibus ſcytharũ parthorũ imperiũ fuiſſe deductũ quorũ regna duodeuiginti fuiſſe teſtis ẽ Pli. lib. vj. hec regio ab ortu habet arios: a meridie carnaniam: ab occaſu medos: a ſeptẽtrione hyrcanos.

Pars a pari: ꝙ partes ſimul iuncte pares: id ẽ equales ſint toti. Vel dicitẽ a pario ꝙ pars a toto deducta: et quaſi parta ſit. Poteſt etiã dici a parum ꝙ pars ſit quid parũ reſpectu toti⁹. Dicunẽ vero partes: in q̃s diuiditẽ totũ. Qñq́ tñ partes ꝓ officio poni ꝯſuetũ eſt. Et dicimus mee partes ſunt: et mearũ partiũ eſt: hoc eſt meũ officium eſt. Hinc fit compoſitũ expers quod eſt ſine parte.

Particula diminutiuũ: parua pars: a quo particulare: quod ad partẽ ſpectat.

Particulariter ⁊ particulatim aduerbia ſignifi. mẽbratim ⁊ per partes. Cice. lib. ij. ad herẽ. Si ſummatim nõ particulatim narrabimus.

Particulones dicuntur coheredes ⁊ qui partem patrimonij ſumunt.

Partim aduerbiũ ſignificat quãdoq́ ex parte: vt partim ſubticuit crimen: partim cõfeſſus eſt. Aliquãdo idem eſt qđ pars: vt partim hominũ venerunt: id eſt pars hominũ venit.

Particeps qui partẽ capit. Dicimuſq́ particeps ſum laborũ tuorum: et particeps ſum tibi in laborib⁹. Curtius. Or fuiſſet illi in periculis particeps.

Participo as. partem tribuo. Hiero. Tunc erit eius fructus cum ei Chriſtus dominus celorũ regna participauerit.

Participiũ pars orationis dicitur ꝙ partẽ capiat nois partẽq́ verbi. Participia iuncta cũ verbis infinitis

ſeruant vim participiorũ. hinc participialia nomina dicta ſunt gerũdiua: q̄ licet non ſint participia: ſimilia tamẽ participijs ſunt. Nã ⁊ caſus ⁊ genera ⁊ tp̄a ⁊ ſignificatiões habent more participiorũ: et poſt ſe caſus regunt non ante: q̄uis legatur In cõuertendo dñs captiuitatẽ ſyon. i. dum cõuerteret dñs: vel conuertente dño captiuitatẽ: ſed nõ eſt vſurpanda talis locutio. Differũt autẽ gerũdiua a participijs: ꝙ ipſa rei adminiſtrationẽ ſignificãt ſine tẽpore: vt tenet me occupatio iuriſdicẽdi gerundiuũ eſt: nec tẽpus ſignificat futurũ: ſed rei adminiſtrationẽ in iure dicendo. Illa vero tempus ſine rei adminiſtratione: vt tenet me cura dotis numerãde: participiũ eſt futuri ſignificatũ ſine rei adminiſtratione. Preterea gerundiua duplicẽ ſignificationẽ habẽt: participia vnam tantũ. Sed ſciendũ ꝙ gerũdiua q̄ ſociata ſunt ſubſtantiuis paſſiue accipiunt̃: diſiũcta vero modo actiue modo paſſiue: ſed paſſiue cũ ſiue p̄poſitione et ſine genere in ablatiuo ⁊ quaſi abſolute ponunt̃. Quintili. Sed memoria excolendo: ſicut oĩa alia auget̃. i. dũ excolit̃. Virg. Alitur vitiũ creſcitq̨ tegendo. Idẽ. Aegreſcitq̨ medẽdo. Et vritq̨ videndo fẹmina: hoc eſt cũ tegitur vitiũ: cũ curatur ẹger: cum videt̃ fẹmina. Sal. cũ actõ mediante ad. Pauca ſupra repetã quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis magiſq̨ in aperto ſint. i. vt cognoſcant̃: iungunt̃ ⁊ gerũdiua cũ plurali numero ſingulari voce. Plini. Cum illorum videndi gratia me in forum cõtuliſſem: aliq̄n participiũ ſumit̃ pro participatiõe. Hier. in expo. can. Conſidera ne forte poſſit ⁊ illud corpus quod aſſumpſit Ieſus cõmune ei cum ſponſa cubile noiari: quoniã quidẽ videt̃ per ipſum eccleſia Chriſto eſſe ſociata: ⁊ participiũ v̄bi dei capere potuiſſe: ſm ꝙ mediator dei ⁊ hominũ dicitur. Sic etiã ſolet dici cauẽda eſſe fẹmine participia: quo ſignificatur fugiendum eſſe fẹmine conſortium.

Partior partiris ⁊ partio partis: partiui partitũ: futuro partiã ⁊ partibo: partiar ⁊ partibor. Plau. in aſi. Hanc quam nactus ſum predam cum illis partiam. Hiero. in p̄s. Letabor et partibor ſicimã. Eſt autem partiri partes facere ⁊ quaſi diſtribuere. Virg. Socios partit̃ in oĩes. Sal. Prouincias inter ſe partiuerant. Ab his fiunt cõpoſita: Impertio actiuum: Impertior tam paſſiuum q̨ deponẽs a. in e. mutata ſicut fit in expers. Et ſignificat impendere vel partem dare ⁊ participem facere. Cice. Huic rei aliquid tẽporis impertias. Ambroſi. Poſteaq̨ apoſtoli ad euangeliçandũ regnum dei ſunt deſtinati gratiẹ cẹleſtis impertitur alimentum. Idem. Vtinã dñe Ieſu velis mecũ iſtos nõ ieiunos dimittere: ſed impertit̃ abs te epulis reficias eos: vt poſſint tuis alimonijs fortiores infirmitatẽ ieiunij nõ timere. Ci. Atq̨ etiã viro forti collegẹ meo laus imp̄titur. Dicimus autẽ impertio nemini laudẽ mei laboris. Et impertio neminẽ laude mei laboris: ſicut fit in dono. Terẽ. Plurima ſalute parmenonẽ ſuũ impertit gnato. Diſpertio vel diſpertior variẹ partio. Plau. in aul. Hercle iniuria diſpertiuiſti. Pinguiorẽ iſti agnũ h̄nt. Noni. Vt pariter diſpertiant̃ bona patris. Bipertior/tripertior/quadripertior/quinq̨pertior: a quib⁹ bipertita/tripertita: et hmõi.

Partiarius colonus: ſiue alius quis cuꝫ quo aliq̄d cõe habem⁹ et partimur. Cato. Vineã curandã partiarius bene curet: fundũ arbuſtũ agrũ frumẽtariũ partiario: fẹnũ pabulũ q̄d bobus ſatis ſiet: quẹ illic ſciat cetera oĩa ꝓ indiuiſo. Idẽ. Calcẽ partiario coquẽdam qui dant calcarius p̄ficit ⁊ coquit.

Parulis idis. tuberculũ iuxta dẽtes in gingiuis naſcẽs.

Parũ aduerbiũ ſignificat modicũ: a quo paulum paululum: pauxillũ: et pauxillulũ diminutiua.

Parumper paruo tempore quaſi perparũ: hoc eſt valde parum: ſed p̄poſtere. Plaut. Expecta hic parũper. Interdum ſ̄cat paulatim. Virg. Pulſuſq̨ parumper corde dolor.

Paruus a. um. quod non eſt magnũ. Cui⁹ diminutiuũ eſt paruulus. Hinc etiam paucus: a quo diminutiua pauculus et pauxillus.

Paſceolus vt inquit Var. ſacculus eſt ex aluta factus. Plau. in ru. Preterea centum denaria philippea in paſceolo ſeorſum.

Paſcha ẹ. et paſcha atis. Auſo. Nos etenim primis ſanctũ poſt paſcha dieb⁹. Quod plane nomẽ hebreũ eſſe: ac tranſitũ ſignare docet. Hier. ſic inquiẽs. Paſcha ⁊ hebraicẹ dicit̃ phaſe non a paſſione: vt pleriq̨ arbitrant̃: ſed a tranſitu noiatur eo ꝙ exterminator videns ſanguinẽ in foribus Iſraelitarũ pertrãſierit nec percuſſerit eos. Aug. A diligẽtiorib⁹ et a doctioribus inuentũ eſt: q2 paſcha hebreũ verbũ eſt ⁊ non interpretat̃ paſſionem: ſed tranſitũ. Per paſſionẽ eñ chriſtus trãſiuit a morte ad vitã: et fecit nobis viam credentibus in reſurrectione eius: vt tranſeamus et nos de morte ad vitã. Sic eñ ipſe domin⁹ ait. Qui credit in me tranſit a morte ad vitã.

Paſchalis ⁊ hoc paſchale quod ad paſcha pertinet: vt paſchalis dies: et paſchale ſacramentũ. Paſchales vero oues: quaſi paſcuales dicunt̃.

Paſco is. paui paſtum. i. comedo: et quãdoq̨ abſolute ponitur. Virg. Paſcẽtes ſeruabit Tityrus hedos. Qñq̨ conſtruit̃ cũ actõ. vt Florẽ depaſta ſalicti. In hac ſignificatione etiã ſumit̃ paſcor deponẽs. Virg. Paſcunt̃ vero ſyluas: et ſumma lycei: Horrenteſq̨ rubos ⁊ amãtes ardua dumos. Dicimus etiam paſcor equũ p̄ herbã vt Cetera paſcuntur viri[illegible] armẽta p̄ herbas: equus paſcitur herba: vt Sylua paſtus arundinea. Equus paſcitur in viridi pabulo: vt Paſcit̃ in magna ſylua formoſa iuuenca. Equus paſcitur diẽ ⁊ noctẽ: vt Sẹpe diẽ noctẽq̨ ⁊ totũ ex ordine menſem paſcitur. Interdũ paſcere eſt cibũ alterĩ prebere: et quaſi cibo ſaginare. Et ſic dicimus Herba paſcit equum: et paſco equum herba. Virg. Veloces ſparte catulos acrẽq̨ moloſſũ Paſce ſero pingui. Unde per tranſlationẽ paſcere ponitur pro delectare. Idem. Atq̨ animũ pictura paſcit inani. Et paſcere oculos eſt viſu alicuius rei grate eos oblectare. Interdũ pro fouere/alere. Idẽ. Qualẽ infẹlix amiſit mãtua campum. Paſcentem niueos herboſo flumine cygnos. Interdũ pro augeri et creſcere: vt Et ſacrum tibi paſcere crinem. Hui⁹ cõpoſita ſunt cõpaſco/depaſco/paſcendo abſumo. Et depaſtus dicitur agrũ bos: qui cibum ex agro ſumpſit. Hiero. in exo. Si dimiſerit iumẽtum ſuũ vt depaſcatur aliena reſtituet. Itẽ depaſtus ager paſſiue: hoc eſt paſcendo cõſumptus. Diſpaſco diuido et proprie pecus a paſtiõe deduco. Expaſco/depaſco/ perpaſco in totũ paſco: ſatio Impaſcor deponẽs intus paſco. Col. li. ij. Neq̨ ſuem velimus impaſci pratũ: quoniã roſtro ſuffodiat ⁊ ceſpites excidet.

Paſcito as. penul. corre. frequentatiuũ a paſco. Var. Nunc feras quẹ in ſylueſtribus locis paſcitant cicures que cultis.

Paſcuũ a quo plurale paſcua: in quib⁹ pecudes paſcũtur: ſiue ager paſcuus ſit: ſiue pratum: ſiue mõs aut collis. Col. li. viij. In eo rure ꝙ paſcuo caret ꝯtineri poteſt exiguo ⁊ qualicũq̨ pabulo cõtentus. Paſcua cenſorijs tabulis dicebant̃ omnia ex quib⁹ populus redditus haberet: quia diu hoc vectigal fuerat.

Paſcua ẹ. idem q̄d paſcuum. Hiero. in Eſaia. Et erit in paſcuã bouis: et in conculcationẽ pecoris. Et in p̄s. Oues paſcue eius.

Paſcuus a. um. Unde Paul. ſyluam paſcuã appellat:

que paſcuis pecudū deſtinata eſt.

Paſcales oues et gallinę dicunt̃ quę paſſim paſcūtur a paſco ſiue a paſcuis q̃ſi paſcuales. Luci. Paſcali pecore ac mõtano hirco atq; ſoloce. Hie.li.j. Re. Mulier illa habebat vitulū paſcalē in domo: ⁊ occidit eū

Paſtus a. um. participiū qui cibū ſumpſit: paſtus us. cibū ſiue cibationem ſignificat. Gel. Alia luce orta auis in paſtū ꝓfecta eſt.

Paſtio idem quod paſtus: Quis hoc magis ad brutorū alimenta ꝑtinere videat̃. Col.lib.j. Porculatoris vero et ſubulci diuerſa profeſſio: diuerſe paſtiones. Unde etiā Uarronis index de villaticis paſtiõibus ad bruta pertinentibus.

Paſtor qui curā hȝ paſcēdi: vt eſt apud Euā. Paſtores erāt in eadē regione cuſtodientes vigilias gregis.

Paſtoralis et hoc paſtorale quod eſt paſtoris: vl' quod ad paſtorē pertinet: vt paſtoralis cura: paſtorale officium. Uar. Tertio gradu a vita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt.

Paſtorius a.um. qd̃ ad paſtorē ꝑtinet. Uar.lib.ij. de rerus. An ea q̃ tria here dixiſti mihi de paſtoria re.

Paſtoritius a.um. idem quod paſtorius. Idē lib.j. Cū homines paſtoritiā vitam agerent: neq; ſcirent etiā arare terram.

Paſtillus diminutiuū videt̃ a paſta: Quis fiat mutatio generis. Quidā a paſtu deriuāt: vbi ⁊ genus ſeruat. Feſtus a pane. Eſt aūt forma panis parui. Hora. in ſer. Paſtillos ruphillus olet gorgonius hircū. Et paſtilli ſunt qui illinunt̃: Uide in dictione emplaſtrum.

Paſtillū neutri generis: ſicut docet Feſtus fuit genus libi rotundi quo vtebant̃ in ſacris.

Paſtinaca genus radicis virtutꝭ calidę. Macer. Et paſtinace virtus in ſemine tantū. Itē paſtinaca genus piſcis: de quo Pli.

Paſtinū penul. cor. eſt: vt Colu.lib.iiij. refert ferramētū biſurcū quo ſemina pagunt̃. Palladius aliter accipit cū ait: Paſtinū fieri nūc tempus eſt. Menſura paſtini hęc eſt in tabula quadrata iugerali: vt cēteni octogeni pedes per ſingula latera dirigant̃.

Paſtinare eſt agrū fodere. Col.lib.iij. Tum in terram bene paſtinatā ⁊ ſtercoratā rectū ſarmentū defigito. Huius compoſitū eſt Repaſtino as. repaſtinari dicebant veteres vineas: quę refodiebant̃. Hęc em̃ ꝓpria appellatio reſtibilis vineti erat nūc antiquitatꝭ imprudens ꝯſuetudo quicqd emoti ſoli vineis ꝑparatur repaſtinatū vocat. Uñ quidā repaſtinari agrū dicunt: cuius natura fodiēdo mutat̃. Pli.li.xix. Precipuus fit caulis ſapore ac magnitudine ꝑmū omniū ſi in repaſtinato ſeras. Hinc repaſtinatio ꝓ reuocatione quādoq; capitur. Uñ per tranſlationē dicūtur libri repaſtinationū.

Paſtinatus us. ipſa paſtinatio. Colu.lib.iiij. Neq; em̃ parū refert ſuſpenſiſſimū eſſe paſtinatum. Et ſi fieri poſſit veſtigio quoq; inuiolatū.

Paſtomis idis. inſtrumentū ferreū ſiue ligneum quod ad cobibendā equorū tenaciam naribus vel morſui imponitur. Lucil. Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

Paſſer auis a patiendo: eo ꝙ morbū caducū patiantur paſſeres. Quo etiā noīe ſignificant̃ omẽs aues. Uñ Cice. dixit omĩbus paſſerib⁹ inſitā a natura voluptatem: de omĩbus auib⁹ intellexit. Hodieq; aues ipas in cõe paſſeres vocant hiſpaniarū vernaculi. Et paſſer nomē piſcis: ⁊ nomē loci. Mar. Nõ mollis ſinueſſa feruidiq; fluctus paſſeris aut ſuperbus anxur. A paſſer fit diminutiuū paſſerculus.

Paſſer ſolitarius auis aliquanto grandior paſſere: ac ſubnigrior ſolus per domorū culmina incedēs cātu ſuauis. Paſſer marinus altera auis.

Paſſio: ꝑturbatio: affectus ⁊ affectio: grece pathos dr̃. A neotericis ṽo auctorib⁹ eccleſiaſticis paſſio vſurpat̃ pro animi vel corporis morbo. Sunt autē quattuor ꝑcipue paſſiões: duę a bonis: gaudere. ſ. et cupere: ſeu ſperare. Leticia de ꝑſenti ē. Spes de futuro. bono. Duę a malis dolere ⁊ timere. Dolor de ꝑſenti. Timor de futuro malo.

Paſſiuus a. um. quod paſſionē denotat: vnde paſſiue qualitates dictę ſunt nõ ꝙ patiant̃ aliqd: ſed ꝙ faciāt paſſionē. Mel nāq; vt dulce ſit: non a dulcedine aliquid paſſum eſt: ſed dulcē guſtantib⁹ efficit paſſionē. Paſſiue autē qualitates rectius dicunt̃ albedo ⁊ nigredo: et eorū media. i. rubor ⁊ pallor. Hec em̃ non niſi vel animę: vel corporis paſſione naſcunt̃: vt em̃ nigreſcat aliquis corꝑis paſſione vt rubeſcat vel palleſcat animę efficit̃: quę cū turpitudinis verecundiā ferre nequierit: q̃ſi ad obtentū ſui ſanguinis copiam in exteriores partes corporis fundit eoq; fit: vt pudore nimio rubeſcam⁹. Pallor q̃q; ſimili aīę paſſiõe cõſiſtit cū ꝑculſa metu nimio ad cordis vlteriora cõfugit eāq; ſanguis inſeqt̃: adeo vt deſertū ſanguine: qd̃ eſt in ꝯſpectu corp⁹ albeſcat. Hę igit̃ qualitates ſi in corpore ꝑſeuerent: qr ſm̃ eas q̃les dicimur: ipſe q̊q; qualitates paſſiue cenſent̃. Si vero ad breue tēpus extiterint ita vt cito diſcedant: paſſiones eas potius noīamus. Eritq; inter paſſiuas q̃litates: et paſſiones iſta diſcretio: ꝙ paſſiões ad tēpus exorte: facile cõmutant̃: paſſiue vero qualitates ſm̃ quas quales dicimur perpetuo ꝑſeuerant.

Paſſus a. um. a patior idē quod perpeſſus. Uirgꝭ. O paſſi grauiora. Uñ vua paſſa q̃ in ſiccando paſſa eſt ſolē. Pli. Quin ⁊ a patiētia nomē acinis dat̃ paſſis: hinc ⁊ vino nomē datū qd̃ paſſum vocat̃.

Paſſus a.um. a pateo idem eſt quod patiens extenſus. Plaut. In portū vento ſcd̃o velo paſſo ꝑuenit: id ē ocyſſimo curſu. Paſſa vela dicimus expaſſa diſtenta explicata vento tumentia ac plena.

Paſſus a.um. a pando idem eſt quod deductus: porrectus: diſperſus. Terē. in phor. Capillus paſſus nudus pes: qd̃ ⁊ expaſſum aliqñ dicimus: ⁊ mutatione a in e. diſpeſſum. Plau. in mi. Diſpeſſis manib⁹. Ueteres em̃ paſſum dixiſſe nõ panſum et expaſſum non expāſum Gellius Seruiuſq; teſtant̃. Dicit em̃ Ser. Ideo autē pandor non facit panſum: quia plerumq; quod in prima verbi poſitione inuenitur in pręteriti participio nõ eſt: vt tundo tuſus. Et licet alia euphonie cauſa varientur vel in generibus vel in numeris: nactus tñ ⁊ paſſus n penitus nunq; patiunt̃. Paſſis manibus dicimus: quod eſt diductis atq; diſtentis.. Tertul. Tamē oppanſum velum dixit: pro oppaſſo et extento. Idem. Expanſos inquit vngulę fodiant: cruces ſuſpendant.

Paſſus ſus. ſpaciū qd̃ patet in ſpatio pedū: quia patēs apertūq; eſt: vel qr ſic pedes pateſcunt. A pateo em̃ paſſum ſupinū eſt cū vero nõ eſt paſſum clauſum dr̃. Et ob hoc claudere ē de illo ſpatio intercepto diminuere: et minorē paſſum facere.

Paſſum genus liquorꝭ: quod ex vua paſſa cogitur. Fit ex vua quā gręci ſtichā: noſtri apianā vocāt: vuis in vite diuti⁹ ſole aduſtis: aut feruente oleo: donec paulo amplius dimidiū põdus ſupſit fuſaſq; lenit̃ vuas exprimūt: et colligūt. Qui autē volūt ſecūdariū paſſum facere adiiciūt vinaceis tm̃ aquę puteolanę: quātū ex prima preſſura paſſi fluxit. Defrutū vero vinū eſt muſto vſq; ad dimidiā partē decocto.

Paſſim aduerbiū a paſſu ſignificat paſſu diſtante ſparſim vt nõ vbiq;. cū vbiq; ſit ſine interuallo: vt herba ē in prato vbiq;: grex ṽo paſſim paſcit̃: qr aliquid interualli eſt: inter pecudē. Sȝ ꝯfundunt̃ qñq;. Ponit̃ interdū ꝓ vndiq;. Lact. Cõſtituit aſylū: eo paſſim cõfugerūt ex finitimis locis. Interdū ꝓ qlibet. Uirgꝭ.

Paſſimq́ʒ in littore ſicco corpa curamus.i.vt quiſq́ʒ vult ſiue indifferẽter. Hiero. Sola ſcripturarũ ars eſt quã ſibi paſſim oẽs vendicant. Aliqñ ꝓ vbiq́ʒ. Lact. Credit̃ ei paſſim tanq́ʒ cognitę veritati.

Paſtophoriũ paſtophororũ domus. Paſtophori autẽ ſacerdotes dicti ſunt a poſto pallio vt quidam aiunt ferendo: quidã accipiũt pro thalamo nuptiali. Unde et venus appellata eſt paſtophoros: ꝙ thalamũ nuptialem curet ⁊ adminiſtret. Nam πασΊασ thalamus nuptialis dr̃: qui alio noie νιμφιδιου: cũ qb⁹ fere ſentit. Hier. q̃ in Eſaiã ait: Paſtophoriũ eſt thalamus in quo habitat prepoſitus tẽpli.

Paſiphae dictio tetraſyllaba: hęc fuit filia ſolis: ⁊ vxor minois regis cretę: quã in fabulis ferunt ex tauro genuiſſe minotaurum qui partim hominis effigiem habebat: partim tauri. Proper. Uobiſcũ europe nec proba paſiphae.

Paſithea vna ex tribus gratijs: quã alij Euphroſynen vocant.

Pattagia fluuius ſicilię απο Ίου παΊΊαγου: id eſt a ſonitu. Nam per ſaxa fluens clamare videtur. Clau. Et ſaxa rotantẽ pattagiã.

Patagiũ aurea chlamys que p̃cioſis tunicis ſupindui ſolet: et qui ita induti ſunt: patagiati dicunt̃. Et patagiarij q̃ huiuſmodi veſtes ꝯficiũt. Apul. Uberes.n. crines leuiter emiſſos ⁊ ceruice dependulos: ac deinde ꝑ colla diſpoſitos: ſenſimq́ʒ ſinuato patagio reſidentes pauliſꝑ ad finẽ cõglobatos in ſummũ verticem nodus aſtrinxerat. Patagius morbi genus.

Patara pe.cor. vrbs lycię vbi apollo dabat reſponſa. Dicta a pataro apollinis filio: vel ab alio pataro lapeonis filio. Hinc patareus a.um. Sta. lib. j. th. Phebe parẽs ſeu te lycie patarea niuoſis. Exercẽt dumeta iugis. Ouid. Patareaq́ʒ regia ſeruit.

Patauium: vrbs quã Antenor condidit: quę et padua. Uide in dictione padua.

Pateo es. paſſus. Patere ẽ apertũ eſſe. Plau. Ingredere tu: fores iamdiu patent. Hinc patens ⁊ patulũ q̃ inter ſe differũt: ꝙ patẽs ſit qđ ad tp̃s patet. Uirg. Et portas iubet eſſe patẽtes. Patulũ qđ ſemꝑ patet vt arbor. Idẽ. Tityre tu patule recubans ſub tegmine fagi. Hinc Plau. Bouem patulũ appellat: cuius cornua diuerſa ſunt: ac late patent.

Patulus a.um. pe.cor. de quo modo in pateo.

Pateſco is. aperior/patens fio. Qñq́ʒ tamẽ pro p̃mitiuo ponitur. Sal. Hinc late pateſcẽtibus campis exercitum tuto emittit.

Patefacio is. patentẽ facio. Hiero. Sic arridens patefecit ingreſſum. Hinc patefio. Teren. in phor. Ego nullo remedio poſſum me euoluere his turbis: quin ſi hoc celet̃ in metu ſin patefit in probro ſiem.

Patulico as. pe.cor. aperior: patulus fio. Pli. Patulicantib⁹ quinquageniſquinis barbulis coronat.

Patibulũ modo ſeram ligneã qua oſtia claudunt̃ ſignificat a pateo: ꝙ hac remota valuę pateant. Cir. Si quiſq́ʒ hodie p̃ter hanc poſticũ noſtrũ pepulerit patibulo hoc ei caput defringã. Modo crucẽ ⁊ ſic a patior fieri manifeſtũ eſt.

Pathe a Cice. dicunt̃ perturbatiões: ſiue animi ęgritudines. A Gellio affectus vel affectiones. A Lactã. modo vitia: mõ affectus. Augu. expreſſus ea paſſiones vocari tradit: qualia ſũt ęgritudo/dolor/gaudiũ metus/triſticia/ cupiditas/ira. Quos animi motus platonici et ariſtotelici: dicũt etiã inſapientẽ cadere: ſed moderatas rõniq́ʒ ſubiectas. Stoici vero negãt in ſapientem cadere: qui dicunt ſapientem apathen: id ẽ impaſſibilẽ: et apathiã impaſſibilitatẽ probant. Nam talem dicunt eſſe ſapientis animum qualis eſt mundus ſupra lunã.ſ. imperturbatũ: quẽ nulla perturbatio obnubilet. nulla triſtitia obturbet aduerſus quos reclamat ipſa natura.

Pathetica oratio dicta eſt: quã ex rhetorica arte p̃cipit̃ dirigi oportere: aut ad indignationẽ: aut ad miam.

Pater qui aliquem genuit: quo etiã nomine aui/abaui/proaui/ataui/tritaui: continent̃. Hinc patrũ noſtroꝝ memoria dicim⁹.i. maioꝝ noſtrorũ q̃q́ʒ maiores intelligi poſſunt quicũq́ʒ erãt ante tritauos: ſicut minores qui etiã poſt trinepotes futuri ſunt: patrꝫ etiam nomẽ religiõis eſt. Uñ dij oẽs patres vocabãtur. Similiter pater nomen eſt reuerentię. Propter qđ Romulus centũ ſenatores q̃s ad reipu. curã elegit: ſiue quia is nũerus ſatis erat: ſiue qꝛ ſoli centũ erant qui ad id idonei eſſent patres ab honore vocauit: ſiue ab ętatis vel curę ſimilitudine.

Paterfamilias dr̃ qui prim⁹ eſt ⁊ imperiũ hʒ in familiã ſiue qui poteſtatis ſue eſt: ſiue puber ſiue impuber.

Pater patratus: vide in dictione patro as.

Patres conſcripti qui in ſenatu patribus erãt ſcriptis annotati.

Patricij ſenatorũ progenies. Liui. lib. j. Romulus centũ creat ſenatores q̃ patres ab honore: patricij quoq́ʒ progenies eoꝝ appellati. Idẽ li. x. En vnq́ʒ fando audiſtis patricios p̃mo eſſe factos nõ de cęlo demiſſos: ſed qui patrẽ ciere auumq́ʒ poſſent. Cintius ait patricios appellari ingenuos. Uñ plebei patricijs opponunt̃. Non eñ ſenatores oẽs erant patricij. Tacitus. Hiſdẽ diebus in nũerũ patriciorũ aſſciuit Cęſar vetuſtiſſimũ quẽq́ʒ ex ſenatu: aut quibus clari parentes fuerant. Hinc patriciatus us. pro ipſa dignitate. Sue. in Aug. A Tarq̃nio priſco rege interro. gentes allecta in ſenatũ: mox a S. Tulli. in patritias traducta ꝓcedente tẽpore ad plebẽ ſe cõtulit ac rurſus magna vi ꝑ diuũ Iuliũ in patriciatũ redijt.

Patricius vicus romę dict⁹ eſt: ꝙ ibi patricij habitauerũt. Iubente. Ser. Tullio vt ſi quid aduerſus ipſum molirent̃ ex locis ſuꝑiorib⁹ opprimi poſſent.

Patritus a.um. pe.pro. quod eſt patris: ſicut auitus a.um. quod eſt aui. Sunt eñ tanq́ʒ poſſeſſiua. Cic. lib. j. tuſ. Patritiã ⁊ auitã vt ait Teophraſtus p̃hiam.

Patrimus pe.pro. qui patrẽ adhuc viuentẽ hʒ. Pater patrim⁹ qui cũ ipſe pater ſit adhuc viuentẽ hʒ patrẽ in põtificio tamẽ iure pater patrimus accipit̃ pro eo qui vulgo compater dicit̃.

Patrimus a.um. quod eſt patrꝫ: ſicut matrimus a.um. quod eſt matris.

Paternus a.um. quod eſt patris. Teren. in adel. Pol haud paternũ iſtuc dediſti.

Patro as. proprie ſignificat liberis operã do. Quint. tamẽ dicit patrare apud antiquos ſancte ⁊ honeſte dicebat̃. Deinde ꝯſuetudine in vitiũ lapſum ẽ v̾bũ. Uñ irrideri ſolitũ eſſe Saluſtiũ q̃uis immerito: ꝙ patrare bellũ dixerit: tanq́ʒ patro rem turpẽ dũtaxat ſignificet. Ex quibus verbis colligit̃ priſcos patrare poſuiſſe ꝓ perficere: non ſolũ cũ opera liberis daret̃ ſed etiã cũ aliud quippiã iam inceptũ ad finẽ ꝑducerẽt. Unde ⁊ patres patrati dicebant̃: ꝙ ad patrãdũ hoc eſt peragendũ iuramentũ: vbi de fęderibus conuenerat mitterentur. Plutar. in proble. Fęcialibus ſacerdotibus qui fęderibus faciendis pręſunt: pater patratus p̄eſt. Inde dictus ꝙ ipſe pater patrẽ haberet: ſicq́ʒ filijs ꝓuideret: et patrẽ cõſuleret. Hui⁹ v̾bi cõpoſita ſunt Impetro quod eſt obtineo et quaſi id qđ cupio facio. Perpetro qđ eſt perficio. Propetro mãdo aliquid perfici. Accius. Age v̾o propetra qđ cepiſti fieri. Et habent penul. cor.

Patriço as. vel patriſſo as. paternos mores imitor. Terent. in adel. Laudo o chteſipho patriças abi te virum iudico.

Patria vrbs ſiue oppidũ vnde orti ſumus ꝙ patria cõmunis omniũ parẽs ſit. Aliqñ et ꝓuincia ipſa ex qua

oꝛti ſumus patria vocat. Sed impꝛopꝛie. Vñ Sal. hiſpaniã ſibi antiquam patriam dixit. Ariſtophanes που δε αγαθον εκει πατρισ εστι id ẽ vbi bonũ ibi patria eſt. zenobius aũt πασα γη πατρισ εστι του το μεροσ εστι χρησ μουον αρειδεν ο θεοσ μελεωτω πελασγω περι νικησεωσ μαρτεύω μερω.

Patrius a. um. qꝺ eſt patrie: vt mos patriꝰ. Cice. in Cato. Vigebat in ea domo mos patrius: ⁊ vigebat in eo animꝰ patris ⁊ diſciplina. Aliqñ dꝛ qꝺ eſt patris. Virg. lib. xij. Patrio mucrone relicto.

Patrianus a. um. quod eſt patrie. Cice. thermo. Vt obtineat id iuris in agris: quod eſt patriana ciuitas decreuit ⁊ dedit.

Patricida peñ. pꝛo. qui patrẽ interficit. At paricida dꝛ q̇ vel cognatũ vel ciuẽ aliquẽ/vel aliũ interficit: vl' aduerſus patriã machinatus eſt: de quo ſupꝛa.

Patruus/frater patris: ꝙ q̄ſi patris loco ſit patruꝰ magnus/frater aui. Patruus maximus frater pꝛoaui et abaui: qui ⁊ ꝓpatruus ⁊ abpatruus dicitur.

Patruelis a patruo. Sunt eñ patrueles patruoꝛũ filij qm̃ q̇ pater alteri eſt/alteri eſt patruus: ſicut ſoꝛoꝛes patrueles nuncupant' ex duobus ⁊ ipſe fratribus genite: auctoꝛ/iuriſcõſultus. Nã ſoꝛoꝛũ duarũ aut plurium filij inter ſe ſobꝛini dicunt'/quaſi ſoꝛoꝛini.

Patriarcha patrũ pꝛincepe: hoc eſt pontificũ pꝛimus. Hi quattuoꝛ pꝛincipio fuere. Romanus/Antiochenus/Alexandrinus/Hieroſolymitanꝰ. Poſtea trãſlata byzantium imperij ſede additus eſt ⁊ Cõſtantinopolitanus.

Patrimoniuꝫ/bona paterna: hoc eſt hereditas a patre relicta. Patrimoniũ vo ſancti petri ẽ regio thuſcie. Vbi ſoana oppidũ/ſancta floꝛa/aqua pendẽs gripte ſanctꝰ laurẽtius/balſena/martha caſtrũ ciuitas tuſculanella. Mons flaſconus/balneũ regiũ/vꝛbs vetus. Oꝛtha ciuitas caſtellana olim veientana vꝛbs: caſtꝝ nouũ: nepe/viterbiũ/ſutriũ/roncilionũ ⁊ alia multa.

Patronymicũ/qꝺ ſub patris nõie ſignificat filiũ: vt pꝛiamides. i. Hectoꝛ pꝛiami filius. Cõpoſitũ nomen ex patre ⁊ onoma: ſed o in y vertitur.

Patronus/qui aliquẽ in periculo defendit. Pedianus: Si oꝛatoꝛ ẽ/aut aduocatꝰ ſi ius ſuggerit/aut p̄ſentiã ſuã cõmodat amico/aut ꝓcuratoꝛ ſi negociũ ſuſcipit aut cognitoꝛ/ſi p̄ſens cauſã nouit: ⁊ ſic tuet' vt ſuam.

Patrocinoꝛ pe. coꝛ. ſignificac tam verbo q̃ꝫ facto imbecilliorẽ ꝓtego: Lactã. li. v. Qui licet ſapiẽs fuerit patrocinari tñ vere iuſticie nullo mõ poterat qui caput ipm̃ fontẽqꝫ iuſticie nõ tenebat. Hinc patrociniũ ipa ꝓtectio. Sal. Cuiꝰ patrocinio ciuitas plurimũ vtebatur. Feſtꝰ: Patrocinia appellari cepta ſunt cũ plebs eſt diſtributa inter patres vt eoꝛũ opibus tuta eſſet.

Patera pe. coꝛ. poculi genꝰ latũ ac patẽs. Virgi. Spumantem pateram ac pleno ſe pꝛoluit auro.

Patre arũ. ciuitas in attica regione: quã pauſanias aroen dici pꝛius ſolitã affirmat moxa patreo menibus ampliatis nomen accepiſſe qꝺ nunc habet. Huiꝰ meminit Pli. lib. iiij. Ouiꝺ. lib. vj. Meſſeneqꝫ ferax patreqꝫ humileſqꝫ cleone.

Patina pe. coꝛ. vaſis genus quo dapes elixe ⁊ iurulente in menſam ferunt'. Teren. Iamdudũ animꝰ eſt in patinis. Hinc patinarius a. um. qꝺ eſt in patina conditũ. Plau. Vel patinariũ vel aſſum verſes quo pacto lubet. Dicta patina ab eo ꝙ pateat.

Patella a patulo: vel πλαττω fingo: vl' ab πλαττεια que eſt latitudo vas latũ eſt cõdendis obſonijs aptũ. Lanx ſeu parapſis. Hoꝛa. in epiſto. Nec modica cenare times olus omne patella. poteſt tamẽ eſſe diminutiuũ a patina: quã nonnulli volũt eſſe ſartaginem. Sed Iuue. diuerſa oſtendit/cũ inquit: Vrceoli pelues ſartago patelle.

Patioꝛ eris. paſſum verbũ cõmune/ſignificat ſuſtineo/tolero/equo animo fero. Dicimus enim Patioꝛ te/tolero te ⁊ patioꝛ abs te/toleroꝛ abs te ⁊ patioꝛ abs te multa incõmoda. Cõpoſita huius verbi ſunt Cõpatioꝛ/qꝺ eſt misereoꝛ: ⁊ cõſtruitur cum datiuo. Perpetioꝛ/vehementer patioꝛ. Hiero. ad Alga. Intra ſe bella perpetitur.

Patiẽtia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa rerũ arduarum ac difficiliũ volũtaria ac diuturna perpeſſio.

Pathicus pe. coꝛ. a greco πασχω aſpiratione detracta ſignificat eũ qui ſe iniri turpi libidine patit'. Vnde pathici pueri. i. paſſiui/patice puelle. Iuue. Ille tenet ſpeculũ pathici geſtamen othonis. Draucꝰ vo q̇ nõ ꝓpꝛia libidine/ſed alteriꝰ alterũ init a faciẽdo dictus/quẽadmodũ a patiẽdo pathicꝰ Δραω q̇ppe facio ſignificat. Qui aũt a draucis ſubigi delectantur: ſeqꝫ eis ſponte pꝛoſtituunt cynedi dicunt'.

Pathmos/inſula in mari egeo q̄ ſicut Pli. ſcribit libꝛo iiij. patet circuitu. xxx. milibus paſſuũ: in qua Iohannes apoſtolus exul apocalypſim ſcripſit.

Paucus a um. cõtrariũ eſt multo: ab eo fit dimi. Pauculus. Augu. lib. j. acad. Pauculis diebꝰ tranſactis poſteaq̃ꝫ in agro viuere cepimus/cum eo volui tentare pꝛo etate quid poſſent: A paucus fit paucitas.

Pauꝑ generis cõis: vel ſm̃ aliquos ois/a paruo lare: vel vt inquit Varr. a parua pecunia: apud veteres etiã paupera. Plau. Paupera hec res eſt. Hinc fiũt diminutiua pauperculus ⁊ paupercula.

Paupertas. Var. li. j. de lin. la. Pecunia que erat parua ab ea paupertas dicta eſt. Paupertatẽ quidã ab egeſtate ita diſtinguũt: vt egeſtas ſit qñ ad victũ neceſſaria deſunt. Paupertas qñ licet nõ ſint opes: tamen neceſſaria ſuppetunt.

Pauperies/ipſa paupertas. Hoꝛ. Impiger extremos currit mercatoꝛ ad Indos. Per mare pauperiẽ fugiens per ſaxa per ignes.

Pauꝑtinus pe. ꝓdu. idem qꝺ pauꝑ. Var. Qꝺ ſi pauꝑtina ſint elegãtia ac cũ caſtimõia. Sidoniꝰ. Quin potiꝰ pauꝑtinꝰ flagitatẽ cãtilene culmꝰ immurmuret.

Paupero as. pauperẽ facio. Augu. ſuper pſal. Veros pauperes ditat: falſos pauperat diuites. Plautꝰ in mil. Que impꝛoba eſt mẽtis pꝛo vitio dñm p̄tio pauperat. Hinc depauꝑo. Var. Pꝛiuſq̃ꝫ domũ depauperaret ſumptu ſuo.

Paueo es. paui. timeo. Hiero. ad Helio. Tũc ad vocem tube pauebit terra cũ populis. Hinc paueſco timidus fio: a quibꝰ expaueo ⁊ expaueſco. Aug. Sed ne repentinũ ouis expaueſceret ⁊ lupũ.

Pauito as. pe. coꝛ. frequẽtatiuũ/ſignificat valde timeo ſiue valde frigeo. Teren. in hecy. Vxoꝛẽ philomelã pauitare neſcio quid dixerũt. i. laboꝛare ex frigoꝛibꝰ: vt exponit Ser. Nã eſt recipꝛoca tranſlatio: ⁊ timoꝛ ꝓ frigoꝛe: ⁊ frigus ꝓ timoꝛe ponit'. Virg. Extemplo enee ſolluuntur frigoꝛe membꝛa.

Pauoꝛ vt ait Cice. lib. iiij. tuſ. eſt loco mouens menteꝫ. Ex quo illud Ennij. Tũc pauoꝛ ſapientiã omnẽ mihi expelleret ex animo.

Pauidus/qui ſemper timet: pauens qui ad tẽpus vl' ex cauſa timet.

Pauo onis ⁊ pauꝰ paui/auis multiplicis coloꝛis. Gel. Pauus e ſamo p̄ſtãtioꝛ eſt. Tradũt hãc auẽ nõ glorioſam ſolũ/ſed maliuolã. Laudata expãdit coloꝛes aduerſo maxie ſole. Fimũ ſuũ reſoꝛbet inuidẽs hoim vtilitati: cuiꝰ caro diutiſſime incoꝛrupta ſeruat'.

Paueo is. pauiui. verbũ antiquũ. i. ferio/ꝑcutio/tũdo. Sũptũ eſt a grecis: qui παιειν dicunt ꝑcutere. Ci. de diui. Sꝫ cũ qꝛ paſcũt neceſſe eſt aliq̇d ex oꝛe cadere ⁊ terrã pauire terripudiũ p̄mo poſtea tripudiũ dictũ eſt. Hinc pauoꝛ qñ timoꝛ coꝛ pulſat ⁊ pauſia oliue ſpecies. Col. Omne poꝛro bꝛeuiſſimũ in rotũdo

I

e medio ad extremū ſolida terra pauita: marle ſi eſt argilloſa ne eſtu ꝑrimoſa in rimis eius grana oblite-ſcant. Hinc depuuio is ⁊ opuui is. Lucil. Palmiſqꝫ miſellā depuuit me.i. verberauit. Vñ oppuuia verbera dicūtur. Afra. Oppuuijs pueri coercent.

Pauimentū dicit ipm domus ſolidamentū ſiue incruſtatio quā gradiēdo calcamus a pauiēdo / tundendo ſiue feriendo dictū: ꝙ dum fiunt pauimenta plurib⁹ ſimul diebus feriūtur.i. percutiunt tundunt virgis ſeu marculis vt ſolidiora ſint: nec rimas faciant. Juue. Terre pauimentū ⁊ nitidas oſtēde colūnas. Cato Pauimenta ad hunc modū facito. De teſta arida pauimentū ſtruito. vbi ſtructum eſt pauito fricatoqꝫ oleo vt pauimentū bonū ſiet. Multa autē pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erāt lithoſtrota paruulis coagmēta cruſtis. Erant ſubdiala a grecis inuenta que ſub dio erant: ⁊ in aperto que vbi hyemes gelant / ſunt vtilia. Erant ⁊ aſarota: de quibus papin. in ſyluis. Suberantqꝫ nouis aſarota figuris. Pli. appellat euſarota: quoniā purgamenta cene in pauimenta euerriri ſolent ευ grece dicitur bene. σαιρω verro. Fuerūt ⁊ pauimenta barbarica ſubtegulanea ſculptura ⁊ grecanica.

Pauimento as / pauimentū facio ſeu pauimēto ſterno. Unde pauimētata loca dicunt: in quibus ſtrata ſunt pauimenta. Pli. li. xxvij. Ergo pauimentādū vbi ſata ſit / cenſent: vt lachryma non abſorbeat.

Pauimentitius a. um. qđ ex pauimento conſtat.

Pauſia / gen⁹ oliue a pauiēdo: qđ nō niſi pauiēdo.i. tundēdo oleū emittit: ſeu ꝙ anteqꝫ mole ſubijciat tūdit.

Pauſa e. requies alicuius rei. Lucil. li. j. Hec vbi dicta dedit / pauſam fecit ore loquēdi.

Pauſo. as. quieſco. a quo repauſo: qđ eſt rurſus requiē capio.

Paulū dimi. a parū: cuius ſunt quattuor gradus diminutionis. ſ. paulū / paululū / pauxillū ⁊ pauxillulū. Teren. in phor. Erat ei de ratiūcula iampridē apud me reliquū pauxillulū nūmorū.

Paulus latina lingua medicus interpretat: greca quietus: vl' dictus eſt paulus a primo ſpolio qđ contulit eccleſie a paulo videlicet Sergio proconſule / quem apud cyprum conuertit ad fidē.

Pauliſper aduerbiū.i. valde paulū tēporis.

Pauxillatim / ſignificat a pocheto plau. in epiſto. Cepi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere.

Pauxillus dimi. a palus pali: vt inqait Priſci. Sed Cicero ad Brutū vult a paxillo palus fieri.

## P Ante E

Pecco as. proprie ſignificat adulteriū cōmitto / dictuꝫ quaſi pellico.i. cum pellice coeo. Unde peccatū pro adulterio / quaſi pellicatus. Apud enim veteres peccatus tus. vſqꝫ ad Cicerōis etatē durauit. Cice. Nemo ita viuebat: vt nulla eius vite pars ſūme turpitudinis eēt expers. Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur: vt cū impudens fuiſſet in facto / tum impudentior videret / ſi negaret. Poſtea inualuit vſus vt peccatū tm̄ neutro genere proferat: ⁊ generaliter de omnibus delictis atqꝫ erroribus dicat. Cice. li. j. offi. paſſiuo vſus eſt / dum ait: Multa peccātur.

Peccatū ⁊ nomē ⁊ participiū eſſe poteſt. Teren. in eu. vtrūqꝫ cōplexus eſt. Si id ē peccatū: peccatū iprudētia eſt. Primū nomē: ſecūdū participiū eſt. Vñ peccatior peccatiſſimus. Hiero. ad Alga. Per ꝑuaricationē mādati incipiat mihi eſſe peccati⁹ peccatū.

Peciolus diminutiuū eſt a pede. Afra. Atqꝫ adeo nolo nudo petiolo ambules. Et peciolus dicit quo fructus pendet. Colu. lib. x. Cum iam matura mala fuerint anteqꝫ rumpant: petiolus quibus pendent intorqueto. Idem ⁊ pedicinus dicitur.

Pecto is. pexui vel pexi vel pectui: pexi ſignificat explico ⁊ pango capillū. Virgi. lib. viij. Pectebatqꝫ ferū puroqꝫ in fonte lauabat. Cice. in Catil. Qđ propriū eſt Catiline de eius delectu: imo ꝟo đ amplexu ac ei⁹ ſinu quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut nō barbaxos videtis. Trāſfert etiā ad alia. Nam ⁊ pectere citharā dicimus: hoc eſt percutere ⁊ diſtendere pectine chordas.i. plectro. Pectere lanā / pectere veſtes dicimus: a quo ⁊ veſtes ipe pexe dicunt. Pli. Hiſtrie liburnieqꝫ pilo ꝓpior qꝫ lane pexis aliena veſtibus: hoc eſt veſtibus que texunt. Nam in texendo pectinis morſibus veſtes feriunt. Idem li. ix. Et ipa ſtupa pectitur ferreis hamis: donec omnis mēbrana decorticetur. Huius verbi cōpoſita ſunt Depecto / ꝓpecto / vltra in longū pecto. Ouiđ. de faſ. Ilie manu mulcēs ꝓpexā ad pectora barbam. Repecto / rurſus pecto. Clau. Sparge dieꝫ meliore coma crinēqꝫ repexi. Blandius elato ſurgāt temone iugales.

Pexat⁹ q̄ veſte pexa indut⁹ eſt. Mar. Pexat⁹ pulchre.

Pectitus a. um. pe. cor. politus ⁊ ſubactus. Colu. Uerum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus.

Pecten / inſtrumentū textorū dictū ꝙ fila in telis figat: a cuius ſimilitudine ⁊ pecten dictus qui explicat capillos. Et pecten cratis dentate genus ſtilis ferreis ad colendā terrā. Item pecten dicit pubes: hoc ē locus vbi pili apud verēda naſcūt. Juue. Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Dictus pectē: q̄a vt barba indetōſa pectine indigeat. Eſt ⁊ cithare inſtrumētū. Virg. li. vj. Iā pectine pulſat eburno. Itē pectines ſiue pectūculi piſces ſunt qui ſe ex aqua iaculantur ſagitte modo: de quibus Hora. in ſaty. iiij. Pectinibus patulis iactat ſe molle tarentū.

Pectino as. pe. cor. Pli. Sunt genera terre quoꝝ vbertas pectinari ſegetē in herba cogat. Unde ⁊ pectinatum tectuꝫ dicit a ſiītudine pectinis in duas partes deuexū / vt teſtudinatū in quattuor.

Pectinatim aduerbiū / ſignificat ad pectinis ſimilitudinem factum.

Pect⁹ anterior pars aialis a gula vſqꝫ ad vētrē hoc homini tm̄ latū eſt: reliqs aialibus carinatū: dictū quaſi pactus a cōpactis coſtis. Eſt eñ pectus coſtis cōpactum q̄ veluti firmamēta pectoris ſunt: vel ꝙ preſſuꝫ ſit inter mām̄as. Et non modo ſupficiē corporis: ſed cor ſub pectore ſignificat. Juue. Nocte dieqꝫ ſuū geſtare in pectore teſtem. Hinc expectoro.

Pectuſculū diminutiuū / paruū pectus.

Pectoroſus a. um. qđ eſt magni ⁊ validi pectoris poeta in Priap. Nemo eſt feroci pectoroſior marte.

Pectoralis ⁊ hoc pectorale / quod ad pectus pertinet: vt faſcia pectoralis.

Pectoreū / gen⁹ qđdā vehiculi / quo vti galli ſolebāt.

Pecus udis. tā maſ. ⁊ neu. qꝫ fe. generis eſt. Aennius: Pecudi dare viuā marito. Cice. lib. iiij. de rep. Cum adhibeant in pecuda paſtores. Declinat etiā hoc pecu. Solin⁹ đ ſitu Britānie. Ita pabuloſa vt pecua niſi interdū a paſtu arceāt ad periculum agat ſatietas. Similiter pecus pecoris eiuſdē ſignificati eſt: nā ſiue pecus udis. ſiue pec⁹ oris. dixeris / ſignificat om̄e animal qđ ſub hois impio e pabulo terre paſcit: vt boues / aſini / equi / cameli / oues / capre ⁊ hmōi. Itē elephanti. Pli. Qui cum elephanto cōgreſſus gemino ictu pecudē exanimauit. Var. li. ij. de re ruſ. Qui gregem armentorū emere vult / obſeruare debet primū vt ſint he pecudes etate potius ad fructus ferēdos integre qꝫ iam experte. Inuenit tñ pec⁹ oris. ꝓ multitudine pecoꝝ ſeu pecudū. Virg. Dic mihi dameta cuiū pecus / an Melibei? Idem: Caprigenūqꝫ pec⁹ nullo cuſtode per herbas. Interdū pro oue. Pli. li. viij. Eſt in hiſpania ſed maxime corſica non diſſimile pecori gen⁹ muſinomū caprino villo qꝫ pecoris vel-

ſeri ꝓpius. Quintil. Cur in vſum veſtrū ſepe pecori
lane detrahunt. Interdū dicit de omni animali qđ
humana lingua ⁊ effigie caret. Virgi. Ignarum fu/
cos pecus a pſepibus arcent. Hora. Omne cū ꝓte⁹
pecus egit. Pecus udis. ꝓ oue ponit. Pli. Ipſi⁹ ani
malis tāta narrat clemētia aduerſus minus valida:
vt i grege pecudū occurrētia manu dimoueat/ ne qđ
obterat imprudēs. Item de quocūq; animali preter
hoiem dicit Virgi. lib. iiij. geor. de apibus loquens
Et pecudū cuſtodia ſolers. Lucil. de piſcib⁹ Preter
ea genus humanū multeq; natātes Squammigere
pecudes. Diciturq; pecus (vt docet Var.) a pes ꝙ
pedibus ſine rōne bruta ferantur.

Pecorinus a. um. qđ eſt pecoris: vt pecorina caro. Si/
militer pecoreus a. um. ⁊ pecudinus a. um. vt peco/
rea ſiue pecudina pellis. Dicit ⁊ pecuinus a. um.

Pecorarius/qui pecua ſiue pecora publica redimit: vt
inquit Aſco. Romani eñ vetuſtiores nihil in bonis
aliud pter pecudes habebāt. Eſt etiā pecorarius qui
pecorū curam habet. Augu. lib. xv. de ciui. dei. Hic
erat pater habitantiū in tabernaculis pecorariorū.
Idem pecuarius dicitur.

Pecuari⁹/qui pecorū curā habet. Cice. ꝓ deio: Ut nō
ſolū tetrarcha nobilis: ſed etiā optimus paterfamili
as ⁊ diligētiſſim⁹ agricola atq; pecuari⁹ haberet.

Pecuari⁹ a. um. qđ ad pecus ptinet. Plau. in tru. Ma
le vertit res pecuaria mihi apud nos. Col. li. vij. Pe/
cuarius canis neq; tam ſtrigoſus aut pernix debet eē
ꝙ q damas ceruoſq; velociſſima ſectant animalia.

Pecuaria dicunt ab eo qđ eſt pecuare ⁊ per apocopen
pecuar: nam pecua (vt inqt Cice. in pōpeiana) ab eo
qđ eſt pecu venit: vt genu/genua: ⁊ ſignificant nō ſo/
lum pecorū multitudinē: vt apud Perſ. Findor vt ar
chadie pecuaria rudere credas. Cice. lib. iiij. ad herē.
Nā cū canes fūgūt officijs luporū cuinā pſidio pecu
aria credemus? verūetiā oia ex qbus po. ro. haberet
redditus: qr diu hoc ſolū vectigal romanis fuit.

Pecuaria e. dicit ſciētia parandi ac paſcēdi pecoris vt
fructus ex eo capiat. Que ⁊ res pecuaria dr. Varro
li. iij. de re. ruſ. Tres libros cōſtitui e quis duos ſcri/
pſi. Primū ad Fundaniā vxorē de agricultura. Se/
cundū de pecuaria ad Turaniū nigrū. Eſt ⁊ pecuaria
locus in quo pecorū greges cōſiſtūt. Var. lib. ij. Cu/
ius nobiles pecuarie in brutijs habent. Idem: Non
quo nō ego pecuarias in italia non habeā. Item pe/
cuaria pro pecorū multitudine. Var. lib. iij. Duo ge
nera cum ſint paſtionū. Unū agreſte in quo pecuarie
ſunt: alterū villaticū: in quo ſunt galline ac colūbe et
apes ⁊ cetera que in villa ſolent paſci.

Pecuariā rem facere/ſignificat armēta gregeſq; alere:
que res ad ſcientiā paſtoris pertinet.

Pecunia a pecore ſiue a pecu dicta eſt: qr ois pecunie
pecus fuit fundamentū. Col. li. vij. In ruſticatiōe vl
antiquiſſima eſt ratio paſcēdi eadē qſtuoſiſſima pro/
pter qđ noia quoq; pecunie ⁊ peculij tracta vident a
pecore: qđ non ſolum veteres poſſederūt: ſed adhuc
apud quaſdā gentes vnū hoc vſurpat diuitiarū gen⁹
Pli. li. xxxiij. ſcribit pecuniā ſortitā eſſe nomē a nota
pecudis: qm antiquitus nūmi effigie pecudis ſigna/
bantur. Hinc Plutar. in publicola aſſerit in vetuſtiſ
ſimis nūmis ſignū fuiſſe ouis ⁊ ſuis bouiſq; conſpe/
ctum. Pecunie vo noie: vt inquit Hermogenianus
non modo nūmi: hoc eſt numerata pecunia: ſed oēs
res tam ſolide ꝙ mobiles: ⁊ tam corpora ꝙ iura con
tinent. Huius diminutiuū eſt pecuniola.

Pecunioſus/quaſi pecunie plenus. Hoc eſt pecudum:
ſicut locuples/loculis plenus.

Pecunialis ⁊ hoc pecuniale/qđ ad pecuniam pertinet.
Aug. li. vij. de ciui. dei. Raro tñ inuenies qui nō ha/
beat artē ſuā pecuniali mercede venalem.

Pecuniarius a. um. qđ ad pecuniā pertinet. Ambro. li
bro. j. offi. Ille pauper q cōfert ſpiritalia ꝓ pecunia/
rijs etſi plurimū habeat gratie/non abūdat.

Peculiū a pecore ſiue a pecu: qđ alicuius eſt. Uñ apud
maiores omne patrimoniū dicebat peculiū: qr peco
ribus vniuerſa eorū ſubſtantia conſtabat. Unde ſm
Ser. Pecunia dicta eſt a peculio: ꝓprie autē ſignifi/
cat quicquid alicui⁹ eſt labore ⁊ induſtria partū ⁊ lu/
crifactū eſt. Cice. in parado. An eorū ſeruitus dura
eſt qui cupiditate peculij nullā conditionē recuſant
duriſſime ſeruitut. Et Celſus iurecōſul. ſcribit pecu/
niam ſine peculio fragilē eſſe. i. ſine lucro. Hinc pecu
lium caſtrenſe dicit qđ a parētibus ⁊ agnatis in mili
tia degenti donatū eſt: vel qđ filius in militia acquiſi
uit/qđ niſi militaret/acquiſiturus nō fuiſſet. Huius
diminutiuū eſt peculiolum.

Peculiaris ⁊ hoc peculiare/qđ ad peculiū pertinet: vel
qđ peculio deputat: ſeu qđ peculij ꝓpriū eſt. Plau.
in aſi. Etiā opilio q paſcit inter alienas oues aliquā
habet peculiarē/q ſpem ſolet ſuā. Sed in vſu iam re
ceptū eſt: vt peculiarius proprius/ſiue ſpecialis/ſiue
precipu⁹ dicat ne cum alijs cōis. Sue. in Ceſa. Pre/
terea monete publiciſq; vectigalibus peculiares ſer
uos pꝓpoſuit. Hinc aduerbiū peculiariter/ſpecialit/
pcipue. Pli. lib. xxvij. Epiphoris peculiariter impo/
nitur: quaſi ſingulariter ⁊ eius ꝓpria virtus. Quin/
til. lib. viij. Qđ cōmune ⁊ alijs nomen intellectu ali/
cui peculiariter tribuit: vt vrbē Romā venales no/
uicios ⁊ corinthia era cum ſint alie vrbes quoq; ⁊ ve
nalia multa ⁊ tam aurū ⁊ argentū/ꝙ es corinthium.
Et peculiare ꝓ re ſeruili ponit. Ulpia. Si peculiare
vinum legatū ſit: id contineri qđ ſerui habuerūt. Pe
culiaris ſeruus dicit a peculio/qđ proprie ſeruorum
eſt. Unde labeo. Paterfamilias peculiū habere nō
poteſt/quemadmodū nec ſeruus bona.

Peculioſus/q peculiū multū habet. Plau. in Rudēte.
Peculioſum eſſe decet ſeruū ⁊ ꝓbū/quē hero pſente
ptereat oratio: aut qui inclementer homini libero.

Peculor aris. ⁊ depeculor/ſignificāt ea q ad rempubli.
ſeu principē pertinent furor. Hinc peculator ⁊ depe
culator/qui tale furtū facit.

Peculat⁹ us. pecunie publice aut principis furtū/ſicut
ſacrilegiū rerū ſacrarum.

Peculio as. quēpiā peculio multo. Plau. in pſa. Scel⁹
tu puer atq; ob iſtā rem ego aliqd te peculiabo.

Pedes dicunt qbus vtimur in gradiēdo. Cuius ſingu
laris eſt pes. Pes autē totū dicit qđ eſt a femore ad
calcē. Diuiditurq; in coxēdicē/femur/genu/femē/po/
plitē/crus/ſurā ⁊ imū pedē/q calx appellat: ⁊ diuidi/
tur in cōuexū pedis: q pars ſuperior eſt: ⁊ calcaneū/q
eſt pars poſterior. Itē in volā q ē pars medij pedis
caua. Plantam que pars tota inferior eſt. Digitoſq;
⁊ vngues: a vola pedis indita ſunt cognomina plan
cis/plotis/ſcauris/pancis: de quibus locis ſuis. Ali
quādo pedes ponit aduerbialiter: qđ ⁊ pedib⁹ quā/
doq; dicit. Sue. in Ceſa. In agmine nōnunq; equo/
ſepius pedibus anteibat. Curtius. Pedes agmē cir
cuibat. Quoniā vo ſtādi fundamentū pes eſt: factū
eſt vt in edificijs area pes magnus dicat. Pes etiam
menſure genus eſt/quo menſurant terre ⁊ cōtinet di/
gitos. xvj. ⁊ multiplicatus in paſſus ⁊ actus ⁊ clima
ta ⁊ iugera ⁊ ſtadia centuriaſq;: mox etiā in maiora
ſpacia ꝓcedit. Item funis quo in naui tendit velū ⁊
vulgo podia dicit. Virgi. li. v. Una oēs fecere pedē.
Plau. etiā remos nauiū pedes appellauit. Itē pes
eſt metrica conſtructio ſyllabarū: vt ſpondeus/dacty
lus. Virg. Ferte ſimul/fauniq; pedē. i. metricā cōpo
ſitionē. Uñ pedeſtris oratio dicitur numeroſa: ⁊ ſm
rationē metrica cōpoſita ꝙ pedis officio fungat. Nā
ſicut pedibus moueri corpora videmus: ita verſus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſi cum ſcandunẗ quibuſdā quaſi pedibus videntur
incedere. Seu ꝙ pedali regula vtimur adverſuꝫ mē
ſurandū. Metra enim per pedes incedūt. Vñ meti/
mur heroica: ⁊ dicimus ea ſex peduꝫ eſſe. Metimur
ſapphica: ⁊ dicimus q̄nqꝫ pedū ⁊ ſic de ceteris. Pre/
terea pes vocaẗ fędū capitis animal a mltitudine pe
dum. Plau. in cur. At muſcę/culices/ pedeſqꝫ/puli/
ceſqꝫ odio ⁊ malo ⁊ moleſtie bono vſui eſt̄ nulli. Hu
ius diminutiuo frequētius vtimur. ſ. pediculus. Un
de pediculoſus ⁊ pedicularis. Fit autem pes a gręco
πουσ: a quo fiunt multa cōpoſita.

Pedem ſtruere veteres pro eo vſurparūt/ qđ eſt fugere
⁊ pedem retro ferre retrocedere.

Pedes itis. miles qui pedibus militiā exercet: ſic eques
qui equo militiā exercet.

Peditatus us. peditū copię: ſic eq̄tatus/equitū copię.

Pedeſter/ q̄ pedibus iter facit. Apul. Qui mō in exerci
tū ꝓfectus eſt pedeſter. Diciẗ etiā hic ⁊ hęc pedeſtr̄
⁊ hoc pedeſtre: vt pedeſtris exercitus/pedeſtres co/
pię/pedeſtria agmina. Dicimus etiā pedeſtrē acceſſū
qui a peditibus fit ⁊ nō equitibus. Aug. li. j. de ciui.
dei. Aliaſqꝫ deſidia maris pedeſtri acceſſu per vias
factas ventis ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

Peda ⁊ pedatura/ veſtigiū humanū.

Pedo as. i. vado: a quo repedo: qđ eſt quaſi pede itero
redeo. Hiero. in lib. mach. Heliodorus recepto exer
citu repedabat ad regem. Eſt ⁊ impedio: de quo ali/
bi. Pedare etiā eſt viti vel alteri arbuſculę ſuſtētacu
lum adhibere. Unde vineę pedatę dicunẗ. Pli. Aut
pedatę vineę ſimplici iugo. Col. li. v. Pedatā vineā
iugatāqꝫ ſequitur alligatoris cura.

Pedatus a. um. qđ eſt ſuſtētaculo firmatū: vt vinea pe/
data. Qñqꝫ etiā pedatus a pede humano: vel de ali/
q̄ aīali ſic a manu manuleatus. Sue. de Othone fuiſ
ſe traditur ⁊ modice ſtaturę ⁊ male pedatꝰ/caluuſqꝫ
id eſt diſtortis pedibus.

Pedatio diciẗ qñ pedamentis vinea fulcitur.

Pedato aduerbiū poſitū eſt ꝓ repēte vel acceſſu quaſi
ꝑ pedē: ſicut vulgo dr̄. Cato. li. j. orig. Igiẗ tertio pe
dato bellū nobis facere. i. tertio reuerſi.

Pedamē ⁊ pedamentū/ſuſtentaculum qđ alicui arbu/
ſculę adhibetur ſicut palus quo vitis ſuſtentaẗ. Pli.
Caſtanea pedamentis omnibus pręfertur. Col. Pe/
daminum/iugerumqꝫ ⁊ viminum proſpiciendorum
tradenda ratio eſt.

Pedatim aduerbiū. Pli. lib. xj. Leo tm̄ ⁊ camelus pe/
datim gradiuntur: hoc eſt vt ſiniſter pes nō tranſeat
dextrum/ſed ſubſequatur.

Pedibus aduerbialiter protulit. Cice. cum inquit: In/
greſſus iter pedibus.

Pedicinus/idē eſt qđ pes: ſimiliter ⁊ pediolus.

Pediolus dimi. paruus pes: ſilr̄ ⁊ pediculus.

Pedeꝑſſim/tarde paulatim/q̄ſi lēta ⁊ tarda itione.

Pedetētim aduerbiū cōpoſitū a pede ⁊ tento as. Cice.
Sin minꝰ ſenſim erit pedetentimqꝫ faciendū. Teren.
in phor. Dij beneuertant qđ agas pedetētim tamē:
qđ Dona. exponit pro caute.

Pedalis ⁊ hoc pedale/qđ eſt pedis: vt menſura pedal̄.
Col. li. iij. Pedale quoqꝫ verſus ſpatiuꝫ ſat erit inter
ſemina relinqui. Idē: Scrobiculis pedalibꝰ factis.

Pedaneus a. um. idem qđ pedalis. Col. lib. v. Et ideo
in maritādis arboribus nemo minorē pedanea ſcro
bem vitibus cōparat. Hinc bipedaneus/tripedaneꝰ
⁊ hmōi. Col. li. j. Bipedanea humꝰ arboribus quat/
tuor pedum abunde eſt. Et lib. iiij. Tripedaneis reli
ctis ſpacijs ꝑ q̄ ſemina excolunẗ. Et lib. v. Semipe/
daneā cōſutis reſolutā vitibus terrā ſubiacere.

Pedaneus/iudex qui a pręſide conſtituiẗ vt minora iu/
dicia diſcernat/ꝙ is magiſtratꝰ non vehaẗ curru/ſed
pedibus proficiſcatur in forū.

Pediſſequus ⁊ pediſſequa/famulus ⁊ ancilla qui ⁊ quę
dñm ſeu dominā ſequitur.

Pediculus dimi. paruus pes. Pliñ. Mollia ſunt loli/
go ſepia polypus pediculi octoni omnibꝰ. Hinc pe/
diculi vocantur quibus fungi pyra/mala ⁊ hmōi ſu/
ſtinentur. Idem: Tutiores fiunt fungi cum carne co
cti/aut cū pediculo pyri. Hinc pediculata poma quę
pediculos habent quibus ſuſpendi poſſint. Itē pedi
culus/vermis in capite. Pediculi quoqꝫ terrę ſcara/
bei terreſtres ricino ſil̄es. Sūt ⁊ maris pediculi a ſi/
militudine pediculorū capitis q̄bus ad varia medica
menta vtuntur. Itē pediculi populi in calabria.

Pedicoſus ſiue pediculoſus cū deduciẗ a pes ſiue a pe
diculus/qui eſt capitis vermis poniẗ pro eo q̄ eſt ple
nus ipſis vermibus. Plau. Pedicoſus ſquallidus/
vbi me vidit/caput ſcabit. Qñ v̄o a pędor ſcribiẗ cū
diph. ⁊ ſignificat mali odoris eſt. Uar. de re ruſ. So
lida terra pauita/ maxime ſi eſt argylla/ne ſitu pedi/
culoſa eius gratia oblitiſcant.

Pedicularis ⁊ hoc pediculare/qđ ad pediculos capit̄
vermes ꝑtinet. Unde pedicularis morbus quo cor/
pus pediculis ſcatet. Hūc morbū gręci phthiriaſin
appellant. Nam phthira pediculum dicunt. De hoc
Serenus: Noxia corporibus quędā de corpore no/
ſtro: Progenuit natura volens abrūpere ſomnos.
Sēſibꝰ ⁊ monitis vigiles inducere curas. Hoc mor
bo interijt ſylla romanus ciuis.

Pedica pe. cor. a pede/ſignificat laqueū quo pedes illi
gātur. Uirgilius lib. j. geor. Tum gruibus pedicas
⁊ retia ponere ceruis.

Pedio is. veteres vſi ſunt pro eo qđ eſt pede pulſo ⁊ q̄
ſi plauſum reddo: a quo fiūt cōpoſita/cōpedio/impe
dio ⁊ ꝓpedio: de quibus locis ſuis.

Pedaneū inquit Palladius lib. iiij. Sup nudū induci/
mus ⁊ aſſiduo vecte denſamus pedaneū.

Pedarij/q̄ in ſenatu ſententiā non dicunt/ſed ab alio di
ctam cōprobant/mouentes ſe de loco ⁊ in partē eiꝰ q̄
dixit ambulātes: propter qđ qui ita faciunt ire in ſen
tentiā pedibus dicunẗ. Et ab actu trāſeūdi pedibus
in aliena ſedilia pedarij ſunt appellati. Cice. ad Atti
cum. Inde in ſententiā pedarij cucurrerunt. Senten
tia eorum pedaria appellatur. Gellius tamen peda/
rios exiſtimat dictos fuiſſe ſenatores qui ꝙ magiſtra
tum curulium nondū cęperant pedibus in curiā ꝓfi/
ciſcebātur: nam qui curulē magiſtratū geſſiſſent/cur/
ru vehi ſolebant.

Pedū paſtorale/baculū ſeu virga incurua/qua pecudū
pedes detinentur. Uirgi. At tu ſume pedum qđ me
cum ſępe rogaret. Eſt ⁊ pedū oppidū non longe a p̄/
neſtinis: a quo pedani populi. Liui. lib. viij. Neqꝫ ta
men niſi admodum a paucis populis pedani adiuti
ſunt tyburtes p̄neſtiniqꝫ: quorum ager propior erat
pedum peruenere.

Pedo is. pepedi/crepitū ventris emitto. Hora. in ſer.
Nam diſploſa ſonat q̄tum veſica pepedi. Huiꝰ cō/
poſitū eſt oppedo. penul. pro. quod eſt contra pedo.
Idem in eodem. Uin tu curtis iudęis oppedere nul
la mihi vnq̄ religio eſt.

Pegaſus pe. cor. equꝰ alatus perſei ἀποῖηοσπηγηο
id eſt a fonte/ꝙ iuxta pegas. i. fontes oceani natꝰ ſit:
vbi gorgones habitabāt: hunc Hyginius ⁊ alij cō/
plures neptuni ⁊ meduſę filiū dixere qui in cęlū euo/
lauit: ibiqꝫ inter ſidera conſtitutus eſt. Arcticum cir/
culum ſpectans pedibus ęſtiuo orbi adnixꝰ: extremo
ore caput delphini tangens ⁊ aquarij manū dextraꝫ
ceruici ſuę adiungēs. Alij ex Meduſę ſanguine quaꝫ
perſeus interemit natū aſtruūt hic volauit in helico/
na vbi ſaxum vngula feriens fontem aperuit: ⁊ ex eo
hippocrene: id eſt fons equinus eſt appellatus. Sed
hic apud pyrenen fontem corinthiū captus eſt. Un/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de Strabo. Fama eſt equum pegaſum cum potaret
hoc in loco a beloꝛophonte deprenſum fuiſſe. Alatū
inquã caballum e meduſę ceruice ⁊ de goꝛgonis exe
cto gutture proſilientē. Hoc equo vſus eſt beloꝛo/
phontes in expeditione contra chymerã: vulgatū eſt
⁊ caballinū fontē in helicone erupiſſe cum ſubiectam
ſibi tellurē feriret vngula. Hinc pegaſeꝰ a. um. Per/
ſius. Pegaſeum melos. Pegaſus etiaꝫ dicebat̃ in/
ſtrumentū in domibus ſuper quo tanq̃ iumento ve/
ſtes ⁊ ſimilia tenerent̃ ſuſpenſa. a pegaſo poetico tra
ductione nominis excogitata. Fuit ⁊ hoc noīe vir iu/
riſperitus. Unde ⁊ pegaſianū ſenatuſconſultū. Pō/
po. de oꝛigine iuris. Fuit ⁊ pegaſus triarchi filiꝰ cu/
ius nauis pegaſe monumentū accepit.

Pegaſides pe. coꝛ. muſę dictę ſunt a fonte qui pege di/
citur: quē pegaſus ictu vngulę fingit̃ aperuiſſe. Oui.
At mihi pegaſides blandiſſima carmina dictãt. Iteꝫ
pegaſides nymphę q̃ ⁊ naides. Idem Pegaſis oe/
none phꝛygijs celeberrima ſyluis.

Pegaſa/theſſalię oppidū: qꝺ poſtea Demetrias dictū
eſt: pꝛopter qꝺ nauis lõga argonautarū pegaſea nū
cupatur ꝙ Iaſon qui eam ędificauit /fuit filiꝰ Eſonis
fratris Pelię regis theſſalię. Ouidi. Iamq̃ fretū mi
nye pegaſea puppe ſecabat. Hinc pegaſicus ſinꝰ in
theſſalia eſt appellatus. ❡ Aſcen. Uerius tamē pa/
gata dicit̃ ⁊ pagaſeus: ſed a pagaſo ęquo pegaſides
muſę pe. coꝛ. vt Ouidius docet.

Peganon πηγανον latine ruta herba.

Pegma atis. quod ⁊ pecma dicitur grępcum eſt. απο
του πηγυμι: quod eſt pango ⁊ extruo. Eſt autē ma
china quędam lignea in qua ſtatuę collocãtur: ⁊ qua/
ſi figuntur ad illas ſuſtinendas. Interdum pegmata
cum ludicris pꝛoducebantur cum puerie etiã conſi/
dentibus ex lignis ⁊ tabulis quę conſtabant vario pi
cturę genere.

Pegmatis foꝛmã. Sene. ad Lucil. his ꝟbis deſcribit:
His annumeres licet machinatoꝛes qui pegmata ꝑ
ſe ſurgentia excogitant ⁊ tabulata tacita in ſublime
creſcentia ⁊ alias ex inopinato varietates/ aut dehi/
ſcentibus quę cohęrebant/aut quę diſtabant ſua ſpō/
te cohęrētibus/aut his quę eminebãt paulatim in ſe
reſidētibus. Ioſephus lib. vij. de bel. Iudaico. Ma/
xime autem ſtupoꝛ erat machinarū quę poꝛtabantur
ſiue pegmatū fabꝛicatio: pꝛo quoꝛū magnitudine vi/
ribus poꝛtantiū occurrētes timebant. Multa enim
in tertium nidum/quartūq̃ ſurgebant ⁊ magnificen/
tia fabꝛice cum admiratione delectabat. In his ma/
chinis ſimulachꝛ bellí repꝛeſentatū fuiſſe ſignificat:
vt alij fugere/alij capi viderent̃: ⁊ per ſingula pegma
ta dux captę vꝛbis agebatur: ita vt captus fuerat oꝛ/
dinatus. Qui autem in his machinis depugnabant
a Suetonio pegmates vocãtur. Tradunt Claudiū
abieciſſe aliquãdo beſtijs qui pegma in ſcenã parum
fęliciter pꝛoduxiſſent. Pli. lib. xxiij. Pꝛinceps Caius
in circo pegma duxit in quo centū ⁊ vigintiquattuoꝛ
argenti pondo fuere. Feſtus ſcribit pegmata eſſe aut
ęre/aut marmoꝛe oꝛnamēta quę vt plurimū in atrijs
q̃nq̃ in poꝛticibus/auliſq̃ affigunt/maioꝛū alioꝛūq̃
foꝛtiū viroꝛū geſta certius q̃ pictura oſtēdentia.

Peioꝛo as. pe. coꝛ. falſo ⁊ animo fallendi iuro/ſeu iura
mentū infringo. Ex per ⁊ iuro/abiecta r ⁊ u longa in
e bꝛeuē conuerſa. Plau. in aſi. Nam ſi quid fecit ſce
leſte pꝛo illo lingua peierat. Lactã. li. j. Ergo aliqua
poteſtas eſt quę peierantes deos puniat. Dicimus ⁊
periuro as. quod periurus pꝛobat ⁊ periuriū.

Peioꝛ ⁊ deterioꝛ differunt/ꝙ peioꝛ a malo dicatur: de/
terioꝛ a melioꝛe: id eſt minus bonus.

Pelagus penul. coꝛre. tam maſculini q̃ neutri generis
pꝛofundum maris ſignificat. Ual. Flaccus lib. j. O
quãtū terrę/quãtū cognoſcere cęli permiſſum eſt pe/
lagū quantos aperimus in vſus. Hinc pelagicus a.
um. Col. lib. ix. Cęteri ſaxatiles autē pelagici ſatis ex
his: ſed recentibus melius paſcūtur.

Pelagia dicit̃ purpura a pelago a quo ⁊ ſuccus eiꝰ pe/
lagium vocatur.

Pelamis idis. generis fę. genus piſcis thynni: nam pe
lamides pꝛimo: ſed cū annuū exceſſere tempus thyn
ni vocãtur. Dictus ꝙ in luto moꝛetur απο του πη/
λου. a luto. Iuue. Siccus petaſunculus ⁊ vas pela
midū. Pli. lib. xxij. Pelamidū generis maxima apo/
plectos vocatur.

Pelargus gręce/latine ciconia dicitur: ſicut teſtat̃ Am
bꝛo. libꝛo. Hexa.

Pelaſgia/regio gręcię circa extremã parteꝫ macedonię
verſus achaiaꝫ: olim theſſalia dicta: inter duo maria
ęgeū ⁊ Ioniū platani folio ſimilis excurrit ꝓpter an
guloſos receſſus: a quo pelaſgi populi quaſi pelargi
id eſt ciconię: quoniã errabundi ritu ciconiarū ꝓpter
mltas natiões iuerūt: vl̓ pelaſgi a pelaſgo iouis filio

Pelethꝛoniū/oppidū theſſalię: vbi pꝛimū domandoꝛū
equoꝛū vſus inuentus eſt.

Pelethꝛonius/nomē eius qui pꝛimus (vt ſcribit Pli.)
frenos ⁊ ſtrata equoꝛū inuenit.

Pelops Tantali filius qui curruli certamine contēdit
cum enomao. Qui cū didiciſſet ex oꝛaculo ſe tūc mo/
riturum cum filia nupſiſſet: multis illam petentibus
pꝛopoſuit certamen quo victus interficeretur: victoꝛ
filiam duceret vxoꝛem. Equoꝛum inſtituit curſum ad
aram Neptuni: quę eſt in iſthmo coꝛinthiaco: cū plu
res equoꝛum: quos perniciſſimos habebat velocita/
te ſuperaſſet/ſuperatoſq̃ peremiſſet: is equoꝛum per
nicitate vicit enomaū: abduxitq̃ ex pacto vxoꝛē hip/
podamiam. Hinc pelopide dicti qui a pelope oꝛigi/
nem duxerunt.

Pelopeius a. um. poſſeſſiuuꝫ. Unde fabula de pelope
ſcripta/pelopeia dicta ē. Iuue. Pꝛęfectos pelopeia
facit philomela tribunos.

Peloponneſus/regio achaię a pelope hippodamie vi/
ro dicta ⁊ tantali regis phꝛygum filio: quaſi pelopis
inſula: quoniã pene inſula eſt. Qui ſuperato enomao
hippodamię patre in certamine totū illud regnū in
dotem accepit: ⁊ ex phꝛygia ſecū in eã regionē duxit
populū. Hęc apie ante appellata ⁊ pelaſgia peninſu
la haud vlli terrę nobilitate poſtferēda circuitu. ccc/
lxiij. miliū paſſuū colligitur: anguſtię ſex milium ſunt
niſi erūpentia e diuerſo/quę dicta ſunt maria. Hinc
coꝛinthiacum: illinc ſaronicū ſinum efficiunt. In pe/
lopõneſo ſunt argos/mycene/coꝛinthus Lacedemo
parte. Malea pꝛomontoꝛiū. Epidaurus/ regiones
archadia/Sicyonia.

Peleus/nomen patris achillis. Unde ⁊ pelides achil/
les dictꝰ eſt. Hepheſtion interpꝛes ſophoclis tragi/
ci in aiace tragedia αιακοσ υιοσ διοσ εξ αιγινησ
πηλευσ και τελαμων εξ αιακου ων αχιλλευσ
και αιασ και αιαντοσ παισ ην ευρισακησ.

Pelias adis. haſta qua achilles ſolus vtebat̃.

Pelion/mõs theſſalię. Oui. Pelion hemonię mõs
eſt obuerſus in hauſtros. Summa virent pinus: cę/
tera quercus habent.

Pella/vꝛbs macedonię fuit ī littoꝛe ęgei maris illuſtra
ta maxime natalibus Philippi macedonū regis et
alexandri. Unde ⁊ vterq̃ pelleus dictus eſt. Iuuen.
Unus pelleo iuueni non ſufficit oꝛbis.

Pellax/q̇ ꝑ blandicias decipit. Uirgil. Inuidia poſtq̃
pellacis vlyſſi. Inde pellacia/fallacia. Idem lib. iiij.
geoꝛ. Uerū vbi nulla fugã repperit pellacia.

Pelliceo ces. pellicui raro habet̃. Pelliceo is. xi. pelle/
ctum/blandiendo decipio. Unde pellectꝰ /crebꝛo ꝓ
pellicio. Teren. in Phoꝛ. Is ſenem per epiſtolã pel
lexit. Cõponiturq̃ ex ꝑ ⁊ lacio/mutatis r in l ⁊ a in i.

Feſt⁹: Lacit/decipit/inducit. Lax lacis ꝟo fraus eſt. A lax ſiue lac laceo eſſe: ꝗuis verba a laceo cōpoſita ⁊ fraudis ⁊ lactis participē ſignificationē habeant. Unde ⁊ lacto as. propter quod ⁊ in bonam partem ⁊ in malam accipi poſſunt: vt allicio/elicio et alia. A pellicio fiunt pellax/pellicator/pellicat⁹ et pellex. Eſt ⁊ perliceo ſiue perlicio: q̊ vſus eſt. Liui. li. iiij. ſi text⁹ non eſt viciatus. Negociū inquit datur: vt quoſ q̇ſꝙ poſſet ex collegio tribunorū ad intermiſſionē perlicerent. Pellicio tamē ⁊ pellexi ⁊ pellect⁹ magis in vſu ſunt ꝗ ꝑliceo. Perlect⁹ in iſta ſignificatiōe nequaꝗ haberi puto/ſed pellect⁹ tm̄/ne a perlego putaretur.

Pellicator/qui ad fraudem pellicit.

Pellex vt inquit iuriſcōſultus illa vulgo appellat̄: que cum eo cui vxor ſit corpus miſcet. Inde apud oratores ⁊ poetas pellex non tam viri ꝗ vxoris nuncupatur. Cic. Uxor generi/nouerca filij/filię pellex. Sue. de Ceſa. Pretereo actiōes Dolobelle: in quibus eū Dolobella pellicez reginę dicit: Cōcubina quę cū celibe viro ſine nuptijs locū tenet vxoris quā grēco vocabulo παλλακην pallacen appellamus. Sue. de Veſpa. Inde quieti vacabant accubante aliqua pallacarum quas in locū defuncti genitis plurimas conſtituerat. Iuſtinus quoꝙ cyri pallacen noīat licet vitio librariorū pellicē ſcriptū reperiat̄. Pellex latinū nomen eſt a pellicio: qđ eſt blandiendo decipio: quia blandiēdo virū ab vxore ſeducit. Cice. in Sal. Omnium cubiculorū pellex: ⁊ idem poſtea adulter. i. puer lędebas alienas vxores preripiēs eis maritos: vir poſtea leſiſti maritos preripiens eis vxores.

Pellicatus us. actus quē pellex exercet: ſicut cōcubinatus quem cōcubina.

Pellene pe. pro. oppidū achaię inq̇t Stra. A quo pellenei populi.

Peligni populi marſis finitimi: quorū metropolis eſt ſulmo. Pelignum enim eſt vrbs ex qua Ouidi. duxit originem: ſicut ipſe teſtatur Pelignę gētis gloria dicar ego.

Pelluceo/per mediū luceo. Iuue. Cretice polluces.

Peloris idis. genus cōchę. Hora. in Ser. Murice baiano melior lucrina peloris.

Pelorus pe. pro. promōtoriū ſicilię italiā verſus a Peloro gubernatore nauis. Annibalis ibi ſepulto. Pōpo. Annibal fugiens ex aphryca cum ad has anguſtias deueniret ſeuictis pelagi ⁊ proditū ſe putaſſet pelorū gubernatorē nauis occidit ⁊ tumulauit. De hoc promontorio Luc. lib. ij. Extremi colles ſiculo ceſſere peloro.

Pelorius/latine excelſus ⁊ vaſtus. Quo nomine dict⁹ eſt polyphemus ab Homero.

Pelicanus/auis egyptia: naſcit̄ in ſolitudinibus maxime nili fluminis. Duo autē ſunt pelicanorū genera: vt docet Hiero. Unū volatile: aliud aquaticū: ⁊ latine dicuntur onocrotali: grēci πελεκανος nos pelicanos. Hę aues tanꝗ colaphis roſtrorū dicūtur occidere paruulos ſuos: eoſdemꝙ in nido occiſos a ſe lugere per triduū. Poſtremo dicunt matrē ſeipſam grauiter vulnerare: ⁊ ſanguinem ſuū ſuper filios fundere: quo illi ſuperfuſi reuiuiſcūt. Hiero. ad prēſidiū ſic habet. Pelicani cum ſuos a ſerpēte filios occiſos mortuos inueniunt/lugent et ſe/⁊ ſua latera percutiunt: ⁊ de ſanguine excuſſo ad latera corpora mortuorum ſe reuiuiſcunt.

Pellis dicitur cum eſt a carne ſeparata: quę cutis antea dicebat̄. Iuue. Habes deformē pro cute pellē. dicta pellis: vt quidā putant: a pellendo ꝙ externas iniurias tegendo repellat. Hęc poſtꝗ cōcinata eſt ad calceos ⁊ cętera opera facienda aluta dicitur. Uarro: Paſceolus ſaccus eſt ex aluta factus. Hui⁹ diminutiuum eſt Pellicula.

Pelleſuina/locus vbi pelles venduntur.

Pelliciū vel pellicea veſtes ex pellibus. Hiero. contra Ioui. Deiecti in vallem lachrymarū tunicis cōlutis ⁊ pellicijs veſtirentur.

Pelliceus a. um. qđ eſt ex pelle: vt veſtis pellicea.

Pellitus a. um. pe. pro. qđ pelles habet. Proper. Pellitos habuit ruſtica corda patres.

Pelliculo as. peñ. cor. pellibus obturo. Col. Uas opertulatum pelliculant.

Pelliones qui veſtes pelliceas ⁊ alia ex pellibus opera faciunt.

Pello as ꝗuis non ſit in vſu: habet tamen compoſita: Appello/cōpello ⁊ interpello.

Pello is. pepuli pulſum. i. percutio/ferio. Teren. Quiſnam a me pepulit tam grauiter fores? Aliquādo abigo/extrudo. Plau. Pelle animo timorē mox aderit gnat⁹. Hui⁹ cōpoſita ſūt abpello ſiue aſpello/ appello per duplex pp. cōpello/depello/diſpello Expello/ impello/ ꝓpello: qđ eſt a longe pello/amoueo. Sal. Collegam ſuū Antoniū pactione prouincię propulerat ne contra rempu. diſſentiret. Aliquādo ſignificat vltraduco. Col. lib. ij. Cum ventum erit ad verſuram in priorem partē iugū propellat. Perpello/ perfecte pello/induco. Liui. lib. j. Incenſam multitudinem perpulit: vt imperiū regi abrogaret. Repello/ retro pello: a ſupino pulſum fit frequentatiuū pulſo as. Antiqui etiā dixerunt pultum: a quo pulto as.

Pelta/ſcutū breuiſſimū in modū lunę iam medię. Virgi. Ducit amaçonidū lunatis agmina peltis. A quo nomine poſtea peltaſte pedites appellati ſunt: q̇ ad motum concurſumꝙ leuiores erant.

Peluis quaſi pede vis: vt Uar. inquit: A pedum lauatione. Alij peluim ſinū aquarium putant: in quo varię res perluuntur.

Pelluuiū ⁊ pelluuia fęminino genere vas quo lauāt̄ pedes: ſic malluuiū ⁊ malluuia/ vas quo lauant̄ manus Dictū pelluuiū a pelluendo: hoc idē polubꝛ dicitur. Labrū cōmune eſt: qđ vulgo dicit̄ bacille: ſimiliter ⁊ peluis.

Peluſiū vnū eſt ex oſtijs nili ⁊ ciuitas prope in quadaꝫ egypti parte quę auguſtanica appellata eſt ꝓpe thebaidem. Hanc vrbē condidit Peleus achillis pater monitu deorū poſt luſtrationem. Eo enim tempore Peleus furijs agitabat̄: quia fratrem Focum intermerat ⁊ purgari querebat. Hinc fit peluſius a. um. pro peluſiacus a. um. penul. cor. Mar. Accipe niliacam peluſia munera gentem. Uirg. lib. j. geor. Nec peluſiace curam aſpernabere lentis.

Peluſiote/populi peluſium habitantes. Hiero. cōtra Ioui. Impelle ſi vales peluſioten vt māducet cepe. Idem in Pāma. Peluſiotas nos apppellāt ⁊ luteos animaleſꝙ ⁊ carneos.

ĩnopiã tecti:in foro pernoctans.i.dormiens.Pompo. Pernoctare extra vrbem/dicitur qui nulla parte noctis in vrbe ſit.Eſt ⁊ Abnocto/qđ ſignificat ꝑ noctem ſeu noctu abſum.Ser.in lib.v.ęne. Hoc etiam illa lex iuris indicat/ꝙ cuȝ tribunople/ abnoctare ab vrbe non liceret:licebat tamẽ exire poſt noctẽ mediã ⁊ ante mediã reuerti.

Pero/genus calciamẽti ruſtici ex corio crudo cõtra niues himbreſq; ac frigora/ꝙ perã veteres pellẽ dicebant pendentẽ a collo ad lumbos.Iuue.Quẽ nõ pudet alto per glaciẽ perone tegi.Virgi.li.vij.priſcos latinos perone in bellis vſos oſtendit/cum inq̃t:Veſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis/crudꝰ tegit altera pero.Victru.Ꝟo.Ex vlua inq̃t paluſtri factis peronibus.Vbi quaſi pro culleo ⁊ vtre accepit.Pero etiã fuit nomẽ Nelei filij ⁊ frater Neſtoris.

Peronatus/qui perones aſſumpſit.Perſius:Natum ſi poſcat ſibi peronatus arator.

Peroſus ex per ⁊ oſus.Oſus autẽ participiũ eſſe puto verbi odio/pro quo defectiuũ odi manſit in vſu.Vñ oſor verbale.Nam ſicut a prãdeo pranſus ſum cum tñ ⁊ prandi dicamus:ita ⁊ oſus ſum ab odio capimꝰ.ꝓ quo eſt odi ꝑſentis ⁊ ꝑteriti ꝑfecti tꝑis.Teren.in adel.Et illud rus nulla alia cauſa taȝ male odi niſi qꝛ ꝓpe eſt.Plau.in ca.Odi ego auꝝ:multa ſępe mł'tis ꝑſuaſit perperã.Capiunt̃ ſimiliter/Oſus/ exoſus et peroſus:⁊ actiuę ſignificationis ſunt ⁊ participia:qđ oſtẽdit oſurꝰ futuri tꝑis.Exẽpla omniũ ꝓferã.Feſtꝰ ſcribit:Oſi ſunt ab odio declinaſſe antiq̃s:teſtis.C.Gracchus in ea q̃ eſt de lege Minucia/cum ait:Miruȝ ſi quid his iniurie fit ſemꝑ eos oſi ſunt:qđ nũc q̃ȝ cum ꝑpoſitione elatũ frequens eſt/cum dicimꝰ poſt.Col.lib.x.Nec; ea curatorẽ fraudulentũ tm̃/ſed etiã immundã ſegniciẽ peroſa eſt.Quintil.li.j.Qui modo legitimã diſciplinã non ſint peroſi.Plau.in am.ſimplici vſus eſt.Inimicos ſemper oſa ſum.Verbali autẽ in aſi.Madidũ/nihili/incontinentẽ atq; oſorem vxoris ſuę.Exoſus.Virgi.lib.v.poſuit.Iuppiter omipotẽs ſi nõdũ exoſus ad vnũ Troianos:Exoſus paſſiue etiã dicit̃ ab Eutropio.

Perogigamus/qui admittit vt ſaliat equã.Eo eñ adiutante equa alligata celerius admittitur.Var.lib.ij.de re ruſti.perogitam appellat.

Peroro as.finio/perago ſiue vſq; in finẽ dico:ſicut dicimus orare/ſignificare ſiue dicere.Lactã.lib.v.ꝙꝙ Tertulianus eandẽ cauſam plene perorauerit in eo libro cui Apologetico nomẽ eſt.Cice.li.ij.de legibꝰ.Video platonẽ idem feciſſe omnẽ:qꝛ orationẽ eiꝰ de legibꝰ ꝑoratũ eẽ vno ęſtiuo die.Hoc tñ verbũ ſignificat perfecte ſiue quãtũ perfecte poſſum/oro.Vnde peroratio dicit̃ finis orationis.Sȝ qꝛ in hac parte vtimur plęrũq; affectibus.Ideo vſurpamus plęrumq; perorare pro ipſa affectuũ cõmotiõe.Quinti.At iſta legẽ recitat ⁊ in cadauere filij perorat:id eſt indignationem cõmouet.

Perpendo is.ꝓpe examino.vide in dictiõe pẽdo.

Perpenſe aduerbiũ/ſignificat prope examinate ac ponderate.Ambro.li.de Cain.Ex quo cognoſcit̃ nec illud ocioſe ſcriptũ/ſed perpenſe ⁊ examinate:quod legimus in regnorũ libris.

Penpendiculare geometre vocãt/qđ recte in aliq̃d incidit:vt radij ſolis recte ex alto in aquã deſcendẽtes perpendiculares appellant̃/illos integros/hos confractos in aqua videmus apparere.

Perpendiculũ/inſtrumẽtũ fabri materiarij ſeu cemẽtarij quo plumbo a filo ⁊ gnomone pendente rectitudo ſeu obliq̃tas operis perpẽdit̃.i.examinat̃.Aſco.Perpẽdiculũ linea laterũ ęqualitatẽ a ſũmo ad imũ latitudine probans.Cice.lib.ij.acad.Atq; ſi crederemus/nõ egeremus perpendiculis/non normis/nõ regulis.Perpendiculi inuentor fuit Dedalus.

Perpetro as.pe.cor.ex per ⁊ patro/ſignificat perficio ⁊ plęrumq; in malã partem.

Perpes etis.pe.cor.generis omnis/idem qđ perpetuꝰ a quo fit perpetim/perpetuo.

Perpeto is.penul.cor.ex per ⁊ peto/ſignificat cõtinuo id eſt valde ⁊ ſine intermiſſione peto/peragro /perficio.Vnde perpetẽ ⁊ perpetuũ dicimus integrũ/ſolidum ⁊ nunq̃ȝ interruptũ.

Perperi.pe.cor.Indocti ſtulti:praui mẽdaces.Actius Deſcribere eum miror perperos popularis.

Perperã peñ.cor.aduerbiũ/ſignificat praue:peruerſe.Plau.Quid ni ſemper agit perperã.Exponũt perperam petulanter ſeu incõſtanter:vt eſt illud apoſtoli:Charitas nõ agit perperã.i.non eſt inconſtãs:ꝑperos eñ grece inſtabilis eſt ⁊ leuis ⁊ mẽtis inops.Et hęc in eos intendit qui leuitate quadã ⁊ inconſtantia plęraq; innouarent.Poteris ⁊ hoc pacto intelligere non agit perperã.i.contumelioſe.

Perperitudo/mõ prauitatẽ/mõ ſtulticiã ſignificat.

Perpero as.deprauo:quaſi nimis exacte paro.

Perpetuus a.um.vt accipit̃ a theologis.i.cui ⁊ principium datur ⁊ finis vt mundus ⁊ homo exterior.Sẽpiternũ qđ ex ſemper ⁊ ęternũ cõponit̃:id intelligit̃ qđ principiũ habet nunq̃ȝ habiturũ finẽ:vt ſunt angeli ⁊ demones ⁊ interior homo.Eternũ qđ nec principium habuit:nec itẽ finẽ habiturũ eſt:vt deus.Que differentia nulla eſt apud oratores:vt ex libris Ciceronis de natura deorũ:⁊ in tuſcu.intueri licet.Eſt qñ perpetuũ ſignificet continuũ.Vnde perpetuã orationem dicimus continuam.Ouid.Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Perpetuo as/perenno/continuo.Augu.lib.iiij.de ciuі.dei.Gaudiũ verũ perpetuabit̃ ex deo in quẽ flagrabit charitas ex corde puro.Neuius:Miſerũ me cui datũ eſt:vt hũc ſolus perpetuẽ laborẽ.

Perpeſſus/qui nimis cum labore ⁊ dolore paſſus eſt:a perpetior fit.

Perpluere/ſignificat per mediũ pluere.Quintil.li.vj.Cum cęnaculum perplueret.

Perrepto as.frequẽtatiuũ eſt a perrepo/ſignificat tarde ⁊ cum labore incedo.Ter.in adel.Perreptat vi vſq; omne oppidũ ad portã ⁊ ad lacũ.

Perrũpo/perfecte ſeu ꝑ mediũ rumpo.Col.lib.ij.Sic oẽs radices herbarũ perrupte necãtur.Liui.li.viij.Qui aliquotiẽs impetu capto perrũpere non poterat hoſtiũ agmen detraxit frenos equis.

Perſcribo/ad finẽ vſq; ſcribo.Liuiꝰ:Facturus ne ſim operepreciũ ſi a primordio res geſtas populi romani perſcripſerim.

Perſephone pe.cor.dicta eſt ꝓſerpina ⁊ ſignificat virtutẽ ſeminũ/quã olim raptã ab orco dicũt:qꝛ vt inq̃t Augu.defuit terrę fęcunditas.

Perſequor in bonã ⁊ in malã partem accipi poteſt.In bonã:vt ſi q̃d aut quẽ quoad poſſumꝰ ſequamur.Et ſic ſignificat qđ cęperã perſeuero exequi.Nã vt inquit Dona.Perſeueratio nomen perſequẽtis oſtendit:perſequitur eñ qui non deſinit ſequi qđ eſt quaſi perfecte ſequor.Teren.in An.Is hinc bellũ fugiẽs:meq; in aſiam ꝑſequẽs proficiſcitur.Cice.pro Deio.Spem infinitã perſequi nolui.Pli.Qui mihi omẽs ſuaderẽt vt cęptũ opus perſequi feſtinarẽ.In maluȝ ſignificat inſector/vlciſcor.Plau.Quid me miſeraȝ atq; innocentẽ perſequaris?Sal.Et accepta iniuria ignoſcere q̃ȝ perſequi malebant.

Perſeuero as.peñ.pro.ex per ⁊ ſeuerus cõponi puto.Non enim ſeuero legit̃:⁊ ſignificat cũ conſtantia animi ⁊ quaſi quadã ſeueritate continuo.Hinc perſeuerantia que eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis ac perpetua permanſio.

Perſes/nomē fuit regis perſarū ſeu macedonū qui ab Aemylio ductus eſt in triumphū Romā cū filijs: peritq; in carcere animi merore cōfectus vel vt alij tradunt vigilijs maceratus.

Perſeus ei. ⁊ perſes is. vel perſi: ſic Achilles is. achillis ⁊ achilleꝰ ei. ē nomē ꝓpriū viri de quo multa ꝓclara geſta narrant̄. Hic fert̄ Cephei gener/ꝙ Andromedā ceto propoſitā liberatā a periculo vxorē duxerit qui nobilitatis ⁊ virtutis cauſa ad ſidera dicit̄ ꝑuenisse. A quo Meduſa₃: vt eſt in fabulis harpę vulcania ꝗ ex adamāte facta fuerat interfectam eſſe conſtat. Cice. li. ij. de na. deorū. Cepheus paſſis palmis ſubſequit̄ ſeptētrione. Hūc antecedit Caſſiopea ad pedes Andromade perſeus deſcribitur.

Perſia ę. ſeu perſis idis. ⁊ perſida dę. oriētalis regio: a perſe ſeu a perſeo rege ſic dicta cuiꝰ populi perſe dicti ſunt. Prope. Perſarū ſtatuit Babylona ſemiramis vrbē item perſi. Luc. li. x. Ex pharūs perſiſq; fuit macetūq; tyrānis. Hęc regio ſicut Ptol. ſcribit lib. v. a ſeptētrione medis terminat̄/ab occaſu Suſiana/ab ortu ſolis duabus carnanijs/a meridie parte ſinꝰ perſici. Eius oppida ſunt axima ꝑſepolis dioſpolis. Ibi primū inuenta eſt ars magica. Ad eā Nebroth gygas poſt cōfuſionē linguarū abijt perſaſq; ignē colere docuit. Primus in ea rex ſicut refert Iuſti. li. j. fuit Cyrus. in ea lapillorū multa copia. Et primā ſybillā in ea natā ferūt: ꝗ hęc de chriſto ꝓnunciaſſe traditur. Panibus ſimul quinq; ⁊ piſcibus duobus hominū milia in eremo quinq; ſatiabit ⁊ reliquias tollens. xij. cophinos implebit in ſpem multorū.

Perſicus a. um. pe. cor. qđ ex perſia eſt: vt regnū perſicū. Iuue. Nec creſi fortuna vnq; nec perſica regna Sufficerēt animo. Dicimꝰ etiā perſicū ſinū ꝙ ab oriēte eſt maris rubri: qui ꝟo ex aduerſo eſt/arabicꝰ dicitur. Ponit̄ q̄nq; perſicus pro diuite ⁊ opulēto/a perſarū. ſ. diuitijs/luxuq;. Hora. Perſicos odi puer apparatus. Plau. pro peracuto poſuit.

Perſica/poma dicta ſunt/ꝙ ex perſia primo adducta fuerunt.

Perſideo es. pe. cor. ex per ⁊ ſedeo.

Perſpicio/ad plenum video/cognoſco ve. Cice. in Lel. Quidā ſępe in parua pecunia ꝑſpiciunt̄ ꝗ̄ ſint leues quidā ꝟo quos res parua mouere non potuit cognoſcuntur in magnis. Hinc ꝑſpiciētia. Idē lib. j. offici. Sed omne qđ eſt honeſtū id partiū quattuor oritur ex aliqua. Aut eñ in perſpiciētia veri ſolertiaq; verſatur. i. perfecta cognitione.

Perſpicuū dicit̄ ꝑ cuius mediū videmus: ſed magis ad incorporalia pertinet: pellucidū ad corporalia. Pli. Tam claras perſpicuaſq; ſentētias. Sic dicimus ꝑſpicuā orationē. i. claram atq; apertā. Perſpicuitas ſplendor ac facilitas.

Perſpicax/conſideratus/acutꝰ. Perſpicacitas/cōſideratio ⁊ acumen.

Perſoluo is. perfecte ſoluo. Decius Brutus: Tantu₃ me tibi debere exiſtimo/quantū ꝑſoluere difficile eſt. Eſt eñ ꝓprie ꝓpter debitū vel ꝓpter alicuius virtutes ⁊ beneficia erga aliquē. Lactā. li. xij. Ut vnicuiq; ꝓ merito/aut pręmiū perſoluat/aut pęnā. Uir. Perſoluant grates dignas ⁊ pręmia reddant.

Perſono. Uide in diccione ſono as.

Perſonā diffiniūt ph̄i eē naturę rōnalis indiuiduā ſubſtantiā. Tria igit̄ neceſſaria ſunt vt aliqđ ꝑſona dicatur. ſ. ꝙ ſit indiuiduū: nō eñ in vniuerſalibꝰ ſed in ſingularibꝰ tñ ꝑſona dici pōt/ꝙ ſit in genere ſubſtātię. Nā accidētia cū ꝑ ſe nō exiſtāt/nec ꝑ ſe agāt/ꝑſonam ꝯſtituere nō pñt. Et ꝙ ſit ꝗđ rōnale: ꝙ. i. ꝑſonans ꝗ̄tum ad ipſam actionē qđ in ſe habet/ꝙ poſſit agere/vel non agere. Et hoc habēt ſolum rōnalia. Iō de rōne ꝑſonę eſt ꝙ ſit ꝗđ rōnale. Nō ḡ lapidis vl' arboris vel irrōnalis aīalis: ſed vel dei vel angeli vel hoīs ꝑſona dr̄. Perſona etiā dr̄ facies cōficta a grecis προσωπον vocata. Nā caput vt baſſus inquit ⁊ os cooperimēto ꝑſonę tectū vndiq; vnaq; tñ vocis emittendę via aptū qm̄ nō vaga/neq; diffuſa eſt in vnū tñmō exitū coactū vocē ⁊ magis claros canoroſq; ſonitꝰ facit: ob eā cauſam perſona dicta o lr̄a ꝓpter vocabuli formā ꝓductiore. Uñ ꝑſonati dicunt̄ ꝗ hmōi ꝑſonis tecti ſunt. Et ꝓprie hiſtriones atellanici ſunt: ꝑſonata quoq; fabula dr̄ quę agit̄ a ꝑſonatis hiſtrionibus. Hāc iuniores laruā vocāt. Hinc ꝑ trāſlatiōe ꝑſona ſumit̄ ꝓ q̄litate qua alius ab alio differt: tū in aīo/tū in corꝑe/tū in extra poſitis ꝗ a rhetoribꝰ numerantur in attributis perſonę. Animi vt quo ſtudio ſe exerceat litterarū: ne an militaris diſciplinę. Et iracūdus ne ſit an mitis/luxurioſus/an tēperās. Corporis: vt adoleſcens ne ſit an ętate adultus/pulcher an deformis. Extrapoſitorū: vt diues an pauꝑ/clarꝰ an obſcurus. Uñ in ſcenis hiſtriōes perſonas accipiūt: hoc eſt facies/aut ſerui/aut ancillę/aut militis/aut ꝑaſiti. Et in vno hoīe multę pñt eē ꝑſonę: vt ꝑſona iracūdi/mitis/lęti. Itē ꝑſona ꝓceptoris/mariti patris. Hinc grammatici perſonas cōſtituūt perſonā ſecundā ⁊ tertiā. Perſona etiā genus herbę: de qua Col. lib. vij. Uenenū vipere depellit̄ ſuꝑ ſcarificationem ferro capta herba quā vocāt ꝑſonā trita ⁊ cū ſale impoſita. Exigua quoq; fiſtula ex ęre ſiue marmore aut alia materia: ex qua aqua exilit e fonte: ⁊ ꝓpter ſigna ꝗ fieri in ea ſolēt ꝑſona q̄nq; vocat̄. Sipūculus ꝓprie dr̄.

Perſonatus/qui ꝑſonis: hoc eſt laruis indutus: perſonata ꝟo vulnera ſunt quę latēt.

Perſonatus us. ipſa in perſonis actio. Unde dicimꝰ hiſtrionem perſonatū agere in ſcenis.

Perſonale/qđ ad ꝑſonā ꝑtinet. Uñ ꝑſonalis actio ꝗ in perſonā fit: perſonale ꝟo qđ verbū per ꝑſonas diſtinguitur: cuius contrariū eſt imperſonale.

Perſonatia/genus herbę quā greci forte petaſiten vocant. Pli. Folio ꝑſonatię nullū eſt latius.

Perſolata/etiā herbę genus: quam vt ait Pli. greci vocant Arction: ⁊ aliq̄ ꝓſopiten quā nemo ignorat: folia habet ſimilia cucurbitis. Dicta perſolata a ꝑſola: qđ nomē apud veteres: vt Placidus grāmaticus inquit ſignificabat perſonā.

Perſto as/permaneo/perſeuero. Gel. Hoc modo perdius/pernoxq; perſtabat. Lact. li. j. Ut in perpetuū vanitatis illorū monumenta perſtarent.

Perſiſto is. Uide in dictione Siſto.

Perſtino as. pe. cor. Uide in dictione Deſtino.

Perſtringo is. valde ſtringo ſeu breuiter aut ſūmatim ſtringo/dico vel ſcribo. Hiero. Hęc a me perſtricta ſunt breuiter. Perſtringere ꝟo ē obtenebrare/obtūdere/vt cū oculi nimia luce ⁊ aures nimio ſonitu perſtringunt̄. Lac. li. ij. Hor pulchritudo ac nitor ꝑſtringit oculos. Hor. li. car. Iā nūc minaci murmure cornuū ꝑſtringis aures Iā litui ſtrepūt. vide infra.

Perſuadeo/nō ab actu/ſed ab effectu ꝑſuaſiōis ſignificationē h₃: vt ſit ꝑſuadere/ſuadēdo inducere. S₃ diſtinguēdū ē: nā aut id fit vt ꝗs inducat̄ ad id credēdū aut ad id faciēdū: ſi ad id credendū: ⁊ dicā ꝑſuaſi hoc tibi: tūc ſic exponerē/hoc tibi ſuadendo credere feci. Uel ſic: Dū hoc tibi ſuadeo/credidiſti. Aug. li. de ci. dei. Nā ſcio ꝗbꝰ viribꝰ opꝰ ſit vt ꝑſuadeat̄ ſuper his quāta ſit virtꝰ hūilitatis. Ci. li. j. ad he. Si animꝰ auditoris ꝑſuaſus fuerit. i. ad credēdū inductus fuerit. Qđ ipē Ci. ſic exponit licet ꝑ alia ꝟba. i. ſi orō aduerſario₂ fidē fecerit auditoribꝰ. Sin ad faciēdū. Tunc ſic: Perſuaſi tibi vt hoc faceres. i. ſuadēdo tibi ī animū induxi vt hoc faceres. Etiā ī ꝑſenti vt Ceſ. cō. iiij. Idoneū quēdā hoīem ⁊ callidū delegit gallū ex illis ꝗs auxilij cauſa ſecū habebat. Huic magnis pręmijs

pollicitationibuſqꝫ perſuadet vt ad hoſtes tranſeat:
⁊ quid fieri velit/edocet. Qui vbi ad eos venit timo
rem romanoꝝ ꝓponit. perſuadet. id eſt ſuadēdo in/
ducit in animū. Qḋ oſtendit̃ ex effectu: quoniā gallꝰ
ex ſuaſione pꝛemioꝝ inductus tranſiuit ad hoſtes.
Qḋ tamen non eſt alienū a vocabuli ſignificatione
quoniā perfecte ſuadere/eſt maxime ſuadendo in ani
mum inducere alteri vt id credat ſeu faciat qḋ cū per
fecte fit/is cui hoc ſuadetur/quodāmodo id credere/
aut facere perpellit̃. Ideo perſuadeo hoc modo/nō
perfecte ſuadeo ſignificare dicitur/ſed quaſi ſuaden/
do in animū perfecte induco: vt ab effectu qui ſequit̃
perfecte ſuaſionis magis q̃ a ſignificatione vocabu
li ſenſus capiat̃. Simili modo fit in exoro/cū ſignifi/
cat orans impetro. Et excogito qḋ eſt per cogitatio/
nem inuenio/eo ꝙ exorando. i. perfecte orādo impe
tratur qḋ orat̃ ⁊ excogitādo. i. ꝑfecto cogitādo inue
nitur qḋ querit̃. Nec hmōi ſignificationes ꝓprie ſu/
muntur ex vi pꝛepoſitionū ⁊ verboꝝ que non ꝓgre/
diuntur: niſi quātū ſignificatio eoꝝ pꝛotenditur que
in perſuadeo eſt perfecte ſuadeo. Exoro/ꝑfecte oro:
ſed ex effectu rei q̃ ex eis conſequit̃ ⁊ perficit̃. Veruꝫ
non eatenus ipſa a pꝛopꝛia eoꝝ ſignificatione rece/
dere dixerim/q̄n ſignificare poſſint ꝑfectā ſuaſioneꝫ.
Nam ꝑſuadeo/perfecte ſiue maxime ſuadeo ſignifi/
care docet Terē. in an. cū ait: Ipſus mihi Dauꝰ qui
intimus eſt eoꝝ cōſilijs dixit: Eccis mihi ꝑſuadet nu
ptias quantū queā vt maturem. Idem in phoꝛ. Sꝫ
vbi nā Getā inuenire poſſim vt rogem qḋ tēpus cō/
ueniēdi patris me capere perſuadeat. Hic perſuade
at/ maxime ſuadeat ſignificat. Similiter Lactant̃.
lib. xj. Quid. M. Tullius in ſuis officialibus libꝛis
nonne hoc idem perſuadet non eſſe oīno largiendū?
id eſt maxime. Qḋ eſt cōtra eos qui volunt perſuade
re tm̄ in effectu eſſe ſuadere in actu: vt eſt Sipontinꝰ
qui ait ſuadere eſt hoꝛtari in aliquē ad id qḋ tēdimꝰ.
Perſuadere eſt ſuadendo aut diſſuadendo aliq̄d ho
minem in opinionē noſtrā inducere.

Pertedeo. des. dui. a quo pertedeſco/qḋ eſt tedio vehe
menter afficioꝛ. Gel. Iamqꝫ omnes finē cuperēt/ver
biſqꝫ eius defatigati perteduiſſent.

Perteſus a. um. participiū ſine verbi oꝛigine: vt inquit
Ser. Et regit accuſatiuū. Sed poteſt eſſe a pertedeo
Sue. in Ceſa. Et quaſi perteſus ignauiā ſuā/ ꝙ nihil
tm̄ a ſe memoꝛabile actū eſſet. Amb. lib. Hexa. Tur/
tur vbi iugalis pꝛopꝛij fuerit amiſſione viduata per
teſa thalamos ⁊ nomē habere cōiugij/eo ꝙ pꝛimus
amoꝛ ſe fefellerit eā. Virgi. lib. iiij. en. genitiuo iūxit.
Si non perteſum thalami tedeqꝫ fuiſſet.

Pertempus/ſignificat opoꝛtune. Teren. in ecy. Pertē
pus accedamus.

Pertēdo/ad finē tēdo. Aug. lib. xvj. de ciui. dei. Quo/
to quiſqꝫ anno vite ſue filiū genuerit ad iſtū generati
onum oꝛdinē pertinentē qui pertēdit ad Abꝛaā.

Pertimeſco ſignificationē ſui pꝛimitiui habet. Nō em̄
retinet ſignificationē paſſiuā mutatā. Lactan. lib. iij.
Quare non eſt ꝙ philoſophis tm̄ honoꝛis habeamꝰ
vt eoꝝ eloquētiā pertimeſcamus.

Pertineo es. pe. coꝛ. ad finem vſqꝫ teneo. Hierony. ad
Ocea. Tūc me tenebat eremus atqꝫ vtinā pertinuiſ
ſet. Aliquādo pertinere eſt ꝑtingere. Ceſar. cō. i. Ex
eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Et ꝑtinere
attinere. Nam ea pertinere ad nos dicimꝰ q̃ dn̄ij no
ſtri ſunt: ⁊ ea que aliquo iure poſſidemus: q̄uis non
ſint noſtri dn̄ij. Itē ea q̃ in nulla noſtra cauſa ſunt/ſed
eſſe poſſunt. Hinc aliq̄n ꝑtinere ad me accipimus ꝓ
eo qḋ eſt officiū meū eſſe ſiue onꝰ mihi incūbere. Et
ꝑtinere ad nos de aliqua re/eſt nos curare ⁊ magni/
pendere eā rem. Hiero. lib. ij. Reg. Siue em̄ fugeri
mus nō magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue
media pars ceciderit e nobis non ſatis curabunt.

Pertento as. vehementer tento: valde experioꝛ. Virg.
Latone tacitū ꝑtentāt gaudia pectus. Teren. in an.
Sꝫ ea gratia ſimulaui vt vos pertētarē. Alibi leuit̃
tēto: vt blanda viciſſim gaudia pertētant. Sunt em̄
multa q̃ ꝓ locis intelligunt̃: vt impotēs ⁊ ſatis ⁊ mi
nus ⁊ nihil potēs. Aliquādo pertētare eſt ſepe tenta
re. Virgi. lib. iij/geoꝛ. Nōne vides vt tota tremoꝛ ꝑ/
tentet equoꝝ coꝛpoꝛa.

Pertinax pe. coꝛ. qui nimis tenax eſt a pertineo. Plau.
in capt. Quid tu ais tenax/ne pater eius eſt. Et ille
immo edepol/pertinax. Pertinaces igit̃ ſunt qui id
vehementius tenent qḋ tenere non debent. Aliquā/
do ponit̃ pꝛo perſeuerante in bonā partē/cū plerūqꝫ
in malam legat̃. Et ſic a pertendo fit. Nam vt inquit
Var. In quo nō debet pertēdi ⁊ pertēdit pertinacia
eſt. In quo ꝟo opoꝛteat manere ſi in eo perſtet per/
ſeuerantia vocat̃. In bonā partē. Vale. maxi. lib. j.
Nō mirū igitur ſi pꝛo eo imperio augēdo/ cuſtodiē
doqꝫ pertinax eoꝝ indulgētia deoꝝ ſemꝑ excubuit:
ꝙ tam ſcrupoloſa cura paruula quoqꝫ religionis exa
nimari videntur. Sene. lib. xij. de beneſi. Vincit ma/
los pertinax bonitas. Liui. Vincit tamen omnia ꝑ/
tinax virtus. Hinc pertinacia que vt inquit Cice. per
ſeuerātie finitima eſt/⁊ tam in bonū q̃ in malū ſumi
tur. Sue. in Ceſa. Ne patientia ⁊ pertinacia hoſtis
animi ſuoꝛum frangerentur. Actius: Pertinaciā in/
docti poſſident.

Pertexo is. pergo/perficio. Tranſlatio a textoꝛibus q̇
ꝑmo telā oꝛdiunt̃ ⁊ oꝛſam deinde texūt. Cice. li. ij. de
oꝛa. Et pertexe modo Antonij qḋ exoꝛſus es. Pro/
pꝛie tm̄ ꝑtexere eſt valde vel ad finē vſqꝫ texere.

Perturbo/valde turbo. a quo perturbatio que eſt auer
ſa ratione contra naturā animi cōmotio. Auctoꝛ. Ci
ce. libꝛo. iiij. tuſcu.

Peruagoꝛ ⁊ peruago penul. coꝛre. per aliquem locum
vagoꝛ. Cice. lib. iij. ad herē. Sed illud facere opoꝛte/
bit vt identidem pꝛimos quoſqꝫ locos imaginū reno
uandarū cauſa celeriter animo peruagemus. Liuiꝰ
lib. j. Nunc errabundi domos ſuas vltimū illud vi/
ſuri peruagarentur.

Peruello as. vellico ⁊ punctiūculis toꝛqueo. Cice. lib.
iij. tuſcu. Quid meres? cur ſuccūbis/cediſqꝫ foꝛtune
que peruellere te foꝛſitan potuerit ⁊ pungere nō po/
tuit certe vires frangere.

Peruenire ſignificat ad finem venire.

Peruentoꝛes auctoꝛe Aug. ſunt qui ad potentū quoꝝ
libet tanq̄ inacceſſibiles amicos cōuenientiū ꝑſona
rum interpoſitiōe/ambitione ac arte ꝑtingūt.

Peruerto/modo conuerto/modo depꝛauo ſignificat.
Peruerſi inquit Hiero. Qui de recto declināt ad ꝑ/
uerſitatē: vt diabolꝰ/iudas ⁊ heretici ⁊ ſuperbi oēs.

Perueſtigo pe. ꝓ. nō ſolū quero/ſed querendo inuenio
vel acquiro. Veſtigo autem quero tractū a veſtigijs
tanq̄ a ſignis indicijſqꝫ quibus ad rei noticiā perue/
niens. Cice. lib. ij. de oꝛa. Noſſe regiōes intra quas
venias ⁊ perueſtiges qḋ queras.

Peruicax pe. coꝛ. durus/contentioſus/nulli cedens ꝑſe
uerans cum quadā vi. Terē. in ecy. Adeon peruica/
ci eſſe animo vt puerū ꝑoptares perire? Hinc perui/
cacia/ duricies/obſtinatio.

Peruigilo/vſqꝫ ad finē vigilo: vel totā noctē inſomnem
duco. Mar. Nā vigilare leue eſt peruigilare graue.

Peruigiliū multa vigilatio ⁊ cuſtodia. Pli. lib. xj. Per
uigilio q̇dē vincunt̃ cibi. Et peruigiliū/ſacrū noctur/
num quo vigilie indicuntur: vt per totā noctem vigi/
letur. Liui. li. xxiij. Caſtra campana: vt peruigilio ne/
glecta ſimul omnibus poꝛtis inuadit. Sue. de Cali.
Nec alia ꝟo cauſa videt̃ eo die quo petijt ꝑuigiliū idi/
xiſſe q̃ vt initiū i ſcenā ꝓdeūdi lumīa tꝑis auſpicaret̃.

Peruius a um: per qđ iri poteſt. Sic dicimus virginez eſſe cęli peruiã. Aliquãdo dicitur penetrabile. Oui. lib. ij. me. Domus eſt imis in vallibus huius Abdita ſole carens nõ vlli peruia vento.

Peruolo as: pe. cor. vſqꝫ ad finem volo.

Peruolo: peruis peruult: penul. correpta valde cupio. Liui. Peruelim ſcire vtrum qui diſcedũt: an qui retinent de me querant.

Peruſia: etrurię ciuitas: a qua peruſinus a um. Prop. Si peruſina tibi patrię ſunt nota ſepulchra.

Peruinca herba vulgo nota quę in longũ creſcit: obuia queqꝫ vinciens ac ꝑuinciẽs: folia habet lauro ſimilia Ideoqꝫ Chamedaphne hoc eſt parua laurus appellat: florẽ facit viole ſimilẽ: ⁊ coronamẽtis adhibet.

Pes dis: ima pars corporis: de ꝗ ſup̄ in dictiõe pedes. Hinc deducunt per cõpoſitionẽ multa: vt vnipes: bipes: tripes: ſemipes: ſonipes: cornipes: flexipes: planipes: loripes: ſolidipes: alipes: curuipes.

Peſſulus pe. cor. quaſi paruus pes. Inſtrumentũ quo oſtium claudit. Cadenacius vulgo dicit: claueqꝫ mox ſubdita reſeramus. Apul. Tũ myrmex tandez claue peſſulis ſubiecta pandit fores. Item. Subdita claui peſſulos reduco. Hiero. in Cañ. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo. Unde oppeſſulata ianua. i. peſſulis firmata. Feſtus. Obices ſunt peſſuli fere. Dictus peſſulus ꝙ ne peſſum detur oſtium affigi ſolet ⁊ annecti. Huius diminutiuũ eſt peſſellus.

Peſſum aduerbiũ ſignificat modo retrorſum mõ deorſum quaſi ad pedes vel ſub pedib⁹. Pli. lib. iiij. Peſſum iere vitę pretia: omneſqꝫ a maximo bono liberales dictę artes in contrarium cecidere.

Peſſundo as conculco reprimo arceo ⁊ peſſum eo: hoc eſt cedo vel retrocedo.

Peſtis: peſtilens peſtilentia ⁊ peſtilitas in vna ſignificatione accipiunt. Lucre. lib. vj. Hęc igitur ſubito clades noua peſtilitaſqꝫ. Ci. lib. j. de fato. Inter locoruz naturas quãtũ interſit videamus: alios eſſe ſalubres alios peſtilentes. A peſtilẽtia fit peſtilentioſus a um qđ peſtilentiã affert. Aug. lib. ij. confeſ. Iãqꝫ peſtilẽtioſum ⁊ imposterum ꝑiculoſum ſentiebat coherere termio ꝯiugalis affect⁹ ſi reſecari ad viuã nõ poterat

Peſſi feminarũ medicamẽta ꝗ in molli lana naturalib⁹ coram conduntur.

Peſſinon is emporiũ phrygie habẽs templũ maximũ (vt inquit Stra.) magne venerationis matris deum quã Andigiſtan vocãt. Hic locus magnifice ab Atalicis regibus ſtructus eſt ⁊ templo ⁊ porticibus ex albo lapide. Romani celebre reddiderunt educta inde deę ſtatua ⁊ peſſimuntia appellata.

Petala a grecis dicunt arborꝫ frondes πέταλον latine folium. Unde petalion foliatuz. Uide in dictione Foliatum. Et Bracteas antiqui petalia a tenuitate noiabant. Cariotarum quoqꝫ petalia vocantur kalẽdis ianuarijs miſſitari ſolita. De quo Ouid. ⁊ Mar.

Petaſus pen. cor. capitis tegmen. Galero ꝑſimile ſiue ipſe Galerus. Fitqꝫ a greco πεττρρυμι qđ eſt extendo cuius ariſtos eſſe petaſa. Uñ petaſus qđ alio nomĩe ſchiadion dicũt: hoc eſt vmbellã. Unde apud Plau. legitur ꝙ pſeudulus ipẽ a Carino querit. Sic etiã opus eſt chlamyde de machera ⁊ petaſo ꝙ hęc tria eſſent militaris hois ornamenta. Hinc petaſati qui galero ⁊ capitis ornamento vtuntur. Sueto. de Aug. Aeſtate apertis cubiculi foribus ac ſępe in periſtylo ſaliente aqua atqꝫ etiam ventilante aliquo cubabat. Solis ṽo ne hiberni qdẽ patiẽs: domi quoqꝫ non niſi petaſatus ſub dio ſpaciabatur. Per tranſlationem vero petaſus dicit quiddã in galeri formam edificijs ſuppoſitum: extenſum ⁊ explicatum in mete formam ſe contrahẽs. Pli. lib. xv. Supra in quadratum pyramidis ſtant quinqꝫ: quattuor in angulis et in medio vna in vno latere pedũ quinũ ſeptuagenum altere centenũ quinquagenũ ita faſtigiate vt in ſũmo orbis ęneus ⁊ petaſus vnus omnibus ſit impoſitus ex quo pendeant excepta catenis tintinabula ꝗ vento agitata longe ſonitus referant. Sunt ꝗ petaſum accipiant ꝓ pinna quã gladiatores in galeis habebant. Sed non congruere videtur. Alij accipiũt petaſum pro quodam calciamenti genere allegantqꝫ Plautũ in Amphi. dicentem. Ego has habeo vſqꝫ in petaſo pinnulas. Et apud Lactan. accipitur petaſus ꝓ alato mercurij calciamento. Idẽ quoqꝫ Plau. in Am. Itidem habet petaſuz cum ſerui pileum habere non poſſent niſi cum facti fuiſſent liberi.

Petaſo: penul. cor. caro porcina: quam alij coxam: alij eam partem ſuis dicunt quę ab alis incipit ⁊ coſtas cõprehendit: quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. Fruſtum de perna preſciditur: ⁊ ſale obrutum: deinde in fumo ſuſpenſum aſſeruat. Mar. Muſteus eſt propera caros ne differ amicos: Nam mihi cũ vetulo ſit petaſone nihil. Hui⁹ diminutiuũ eſt petaſuncul⁹. Iuue. Sicc⁹ petaſuncul⁹ ⁊ vas pelamydũ

Petaurũ genus ludi ⁊ machina quedam lignea. Quo quidem ludi genere hoies ꝑ aera rotarũ pulſu iactabantur. Mar. Quã rota tranſmiſſo totiens impacta petauro. Dici etiã põt petaurum ſupra qđ hoies agilitate corporũ inſignes ludunt: vt haſte circa quas ſe voluant. Funes ſupra quos etiã reciproci ambulãt. Circuli per quos ſe more piſciũ trãſmittũt. Tabulę e quibus in aera pendẽt Uno brachio ſe ſuſtinentes. Greci dicunt petaurũ eſſe laqueũ ⁊ aſſeres quib⁹ domos tegũt. Iul. pollux exiſtimat caudã eſſe in quã ſe cortis alites cubitũ iture conferunt.

Petauriſte: qui ita ludunt: ⁊ leuioribus ſaltibus mouẽtur. Uar. lib. ij. de vi. pa. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi velitis: galli germani petauriſte. Qui et petauri dicunt a πεταυραι volare.

Peto is: petiui vel petij petitum: ſignificat oro ſiue obſecro vel volo. Petere vt inquit Uar. ꝓprie eſt aliquid ſuppliciter ⁊ precario poſtulare. Et ſic vnũ tm̃ exigit actm̃. Te autem pro vetere noſtra neceſſitudine etiã atqꝫ etiã peto vt eius filios qui in tua poteſtate ſunt mihi potiſſimũ condones. In malum. Sal. in Iug. Ipſe acer bellicoſus: at is quẽ petebat: quietus imbellis erat. Sic in bonũ dicimus: pater ſalutẽ filij petijt ſeru⁹ beniuolentiã dñi. In malũ: vt hic petit caput alterius aut famã: hęc em̃ in hois perniciem petũtur. Aliquando petere eſt inſtanter poſcere. Unde petulcus ⁊ petulans. Liui. lib. j. Iam Horatius cęſo hoſte victor ſecundã pugnã petebat. Aliqñ inſidias tendere. Plancus. In quo caſu hãc capio voluptatẽ ꝙ certe quo magis me petiuerunt tãto maiorem his frruſtratio dolorẽ attulit. Aliqñ violẽter aggredi. Cice. ꝓ liga. Quid em̃ tubero tuus ille diſtrict⁹ in acie pharſalica gladius agebat: cuius latus ille mucro petebat. Aliquãdo manere expectare. Uirg. li. ix. Troianos hęc monſtra petunt. Aliquãdo cuꝑe: vt apud eundem libro. iiij. Georg. Pulchrãqꝫ petit ꝑ vulnera mortẽ. Aliqñ ꝑcutere. Liui. lib. xxij. Hiſpano pũctim magis ꝗ̃ ceſim aſſueto petere hoſtẽ. Aliqñ inquirere Uirgi. Euandrum petimus. Aliquando eligere: vt idem. Principio ſedes apib⁹ ſtatioqꝫ petẽda. Aliqñ ꝓficiſci. Sueto. in Ueſpa. Et cutilas ac reatina rura vbi ęſtiuare quotannis ſolebat petijt. Aliqñ influere vt Campũ petit amnis. Quãdo ṽo conſtruit cũ ablatiuo inſtrumentũ ſignificãte ꝓ inſtrumẽti diuerſitate diuerſa ſignificat: ſiue in rẽ: ſiue in ꝑſonã referatur. Nã petere manu eſt ducere. Uirg. Tartareũ ille manu cuſtodẽ in vincla petiuit. Petere pedibus eſt ire. Apul. Dũ pedibus iter faciẽs ꝓpinquũ rus peterez. Petere gladio aut veneno: aut lapide: aut cornu et



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

huiuſmodi eſt inuadere ferire ⁊ ſaluti inſidiari. Idē.
Iam cornu petat ⁊ pedib⁹ qui ſpergat arenā. ⁊ Ma
lo me Galathea petit laſciua puella. Suet. in Tibe.
M..ſum in arenā aprū iaculis deſup petijt. Petere
curſu adipiſci obtinere. Virgi. Que littora proxima
curſu contendūt petere. Petere blādicijs: eſt blādiri
Quintil. Nouercā blandicijs petit. Petere muneri
bus oſculis precib⁹ eſt cōciliare. Apul. Cū me lachry
mis p̄cibuſq̄ petiſſet. Petere oculis eſt cōtemplari.
Petere aurib⁹: audire: petere naribus olfacere: pete
re tactu: palpare. Iungit̄ interdū huic verbo abltūs
Ci. Audes quicq̄ ab iſtis petere? Nunq̄ ṽo vel ra/
ro duos actōs habet. Huius cōpoſita ſunt Appeto
Cōpeto: Expeto/impeto/oppeto/ꝑpeto/ꝓpeto/repe
to/⁊ ſuppeto/que habent penultimā correptā.

Petitio poſtulatio aliqñ etiā gladiatorū impetus. Cic.
Or ergo tuas petitiones ita cōiectas vt vitari nullo
modo poſſent parua quadā delinatione concutiunt.

Peteſſo is: antiquū verbū: idē qđ peto: ſicut impetraſ/
ſo/reconciliaſſo/cōmonſtraſſo qualia apud plautum
plurima. Ci. lib. ij. Tuſcu. Qui hāc gloriā peteſſunt:
nullum fugiūt dolorem. Plau. in Tri. Vtrā potius
harum mihi arcem expeteſſam.

Petigo: pe. pro. morbi genus qui ⁊ impetigo dicitur ꝙ
vicina petat ſeſe late ſumma cute diffundēs: occupat
plerūq̄ totū vultū oculis exceptis.

Petimia vlcera in humeris iumentorum: ꝙ ima id eſt
profunda petant.

Petulans: pe. cor. improbus: a quo petulantia improbi
tas cū alios per contumeliā petimus. Cice. Deſine
bonos petulātiſſima inſectari lingua. Añq̄ ponitur
ꝓ ſupbo. Idē. Petulāter diues. Quādoq̄ ꝓ laſciuo
Oui. Quin etiā vt poſſem verbis petulātius vti: Nō
ſemel ebrietas ē ſimulata mihi. Et generaliter petulā
tia eſt laſciuamentū ſiue effrenatio īmodica ad quod
libet vitium a petendo dicta.

Petulcus: laſciuus. Virg. Hedīq̄ petulci. Vñ mere/
trices quoq̄ petulcas veteres dixerunt a petēdo.

Petilus: penultima cor. tenuis exilis. Lucil. Inſignis
varijs cruribus ⁊ petilis.

Petilia vrbs brutiorꝫ a Philoctete condita ἀπὸ τοῦ
πέτασθαι id eſt volare: qꝛ ex augurato locū delegit

Petilanſura ſignificat vngulā equi albam.

Petoritum penul. correpta genus vehiculi. Hora. li. j.
Ser. Atq̄ caballi Paſcendi ducenda petorita nunc
mihi curto Ire licet mulo.

Petra lapis tenerior mitiorq̄ ac minor. Vnde gē..ne la
pides nō ſaxa dicunt̄. Hinc petroſus a um: qđ eſt pe/
tris abundans. Eſt ⁊ petra Arabię oppidū qđ naba
thei incolūt. Vnde pars ea arabię vocat̄ petrea.

Petrea: pars Arabię. Et petrea mulier quę pompam
in colonijs aut municipijs imitabatur anuꝫ: ꝙ pedes
in petras frequēter impingeret.

Petroleon oleū qđ ex petris naturę ſponte fluit.

Petronius nomen viri proprium. Quo nomine voca/
tus fuit auctor nō ignobilis.

Petronia nomen vxoris Vitellij de qua apud Sueto.
Et Petronia nomen fluuij in Tyberim defluētis di/
cti ꝙ per petras fluat.

Petrones ruſtici dicti ſunt a veteribus a petrarū aſperi
tate ⁊ duritia. Hinc Plautus petronem veruecem
duriorem eleganter dixit vbi ait in cap. Qui petroni
nomen induunt verueci ſectario: ego ſi in via petro/
nem publica conſpexero ⁊ petronem ⁊ dominū red/
dam mortales miſerrimos.

Petroſelinon: quaſi petrarum apium: nam inter lapi/
des melior naſcitur. Eſt herba nota q̄ inter apij gene
ra numerat̄ cōponiturq̄ ex petra et σέλινον apiū.

Pexo as: a pecto is. Vnde pexe veſtes quę pectine cō/
texte. Et pexati qui pexis veſtibus ſunt induti. Mar.
Pexatus pulchre rides mea ȝoile ſemper. Sunt qui
dicunt pexas veſtes eſſe piloſas contrarias raſis quę
pilis carent. In quem ſenſum accepiſſe videtur Hie
rony. contra Ioui. cum ait. Ante nudo eras pede; mo
do non ſolum calciato ſed ⁊ ornato. Tunc pexata tu/
nica et nigra ſubucula veſtiebaris ſordidatus ⁊ pallē
dus ⁊ calloſam opere geſtitans manum: nunc lineis
⁊ ſericis veſtibus ⁊ atrebatū ac laodicee indumentis
ornatus incedis. Ibi eñ pexā tunicā puto intelligi ra
ſam ⁊ quaſi lacerā. Nam vbi Perſius dixit. Pexūq̄
togaq̄ recēti. Probus barba inq̄t tonſure gen⁹ eſt: q̄
iuuenes ſic tonſi pexi barbi appellautur. Nos ꝑpoſi
tionē addimus depexa. Terē. Depexum dabo.

Peçite: fungi qui ſine radice aut pediculo naſcunt̄ qua/
ſi pedeſtres dicti ꝙ nō tollāt ſe altius a terra πεζοὶ
pedes: etiā in ludo ſcacchorꝫ πεζοί

## P Ante H

Phaeacū: ciuitas in planitię eſt quę ab vtraq̄ parte ha
bet duos ęditiſſimos vertices in q̄b⁹ adhuc ſūt arces
Phęaces ṽo populi fuerūt Corcyre. Vñ ⁊ Corcyra
phęacia dicta eſt q̄ in littore maris Ionij eſt. Scribī
tur in prima cū ę diph. Hinc phęacius a um: ⁊ phęac⁹
a um: vna ſyllaba min⁹. Prop. lib. iij. Nec mea phęa
cas equant pomaria ſyluas.

Phaeton dictio triſyllaba. Naꝫ ae diuiſas ſyllabas ha
bet ⁊ aſpiratur. Dictus ἀπὸ τοῦ φαίνειν ſol dicit̄
vt inquit Ser. in libro. v. Enei. Idem libro. vj. a luce
ardoris ſui.

Phętuſa fuit vna ex filiabus ſolis.

Phęcaſius calceus. Vnde phęcaſios ſeu phęcaſitos ſa
cerdotes ⁊ deos vocamus. Seneca ad Luciliū. Si
quem palliatū aut phęcaſiatū conſpexeris.

Phędrus nomē viri ꝓpriū quo ſignificat̄ clar⁹ alacer.

Phęſtus mons ſeu ꝓmontorium crete. Fęminino ṽo
genere ciuitas in eo.

Phagedęna cum diph. in penul. Nam grece φαγέδαι
να ſcribitur ἀπὸ τοῦ φαγεῖν hoc eſt ab ędendo ⁊
eſt exulceratio vſq̄ ad oſſa celeriter depaſcens cū in/
flāmatione ſaniem male olentem emittens ⁊ ad mor
tem perducēs. Auctor Iul. pollux. Pli. lib. xx. Vlce/
ra quę phagedęnas vocant folia ⁊ radix recens cum
melle ſanant. Et apud Col. putatur eſſe morbus quē
in iumētis vermē appellant. Idem apibus tribuit li/
bro. x. Sepe etiam inquit vitio quod gręci φαγέδαι
ναν vocant intereunt.

Phagus us: ⁊ phagi arbor glandifera ἀπὸ τοῦ φά/
γειν comedere. Virg. in Culi. Ambroſeq̄ manent
phagus hedereq̄ ligātis brachia. Hinc phagineus
a um: ⁊ phaginus a um: pe. correpta pro materiato
ex ea arbore. Oui. lib. viij. me. Illic phagineus dura
clauo ſuſpenſus ab anſa. Virgi. Poſt valido nitens
ſub pondere phaginus axis.

Phaliſci populi hetrurię quorū oppidū phaleri voca/
batur. Sunt qui arbitrentur phaliſcos vocari quos
nunc corrupte montem falconē appellant.

Phalacron gręci caluū dicūt. Vnde corui aquatici pha
lacrocoraces dicunt̄ inquit Pli. Hinc loca ſatis fru/
tibuſq̄ nuda phalacras appellant quaſi calueta: vt q̄
nihil ferunt. Apud Col. Glabreta dicuntur.

Phalara ciuitas a phalaro amne, Ithome Minerue
proximo.

Phalarica a phalis. i. turribus dicta eſt: quia turres de/
fendat vel a phalari ſiculo tyranno vt Amianus in/
quit. Hęc vt Vege. ſcribit ad modū haſtę valido prę/
figitur ferro qđ in lōgitudine habet pedes tres vt cū
armis corpus tranſfigat: inter cuius tubam ⁊ haſti/
le ſulphur/reſina/bitumen/ſtupa conuoluuntur infu/
ſa oleo qđ incendiarium vocant baliſtę impetu deſti/
nata perrupto munimine ardens: figitur ligno turri/

tamꝙ machinā incendit. Eſt autem magna et parua phalarica. Unde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Uirgilius vero ait. Turnum manu iaculari potuiſſe. Unde lib. ix. Sed magnū contorta phalarica venit fulminis acta modo.

Phalaris idis: nomen ꝓpriū agrigentinoꝝ regis crudeliſſimi: cuius extant epiſtole.

Phalere equoꝝ ornamenta απὸ του φαλου dicunt̃ ſeu a verbo greco qđ illuſtrare ſignificat. Uirgilius libro. v. Primus equum phaleris inſignē victor habeto. Inde phaleratus a um: id eſt ornatus. Sueto. in Clau. Craſſus fungi equo phalerato ⁊ in veſte palmata. Et non tam equorum ſunt ornamenta phalere q̃ꝫ equitum ⁊ nobiliū. Liuius lib. xij. tradit Comitia Flauij ędilitia tantū habuiſſe indignitatis: vt pleriqꝫ nobiliū aureos anulos ⁊ phaleras deponerēt. Pli. libro. xxxiij. refert olim ab ordine equeſtri phaleras fuiſſe poſitas ex indignatione. Apud Teren. phalerata dicta leguntur ꝓ ornatis.

Phalera: portus athenienſīs celeber.

Phalecium carmen dictū a phaleco inuētore. Conſtat ſpondeo dactylo ⁊ tribus throcheis: hoc ⁊ hendecaſyllabū a ſyllabarū vndena menſura vocatur.

Phalene quidā piſces in mari. Ambro. Quid gladios loquar: aut ſerras: aut canes mariticos: aut phalenas aut çigenas: balenam dicunt eſſe.

Phalange ſunt quibus baiuli ferendis oneribus vtunt̃ quas σκευαφορα plato appellat. Pli. lib. vij. Phalange fuſtes ſunt nodis carētes quibus aphri pręliū contra ęgyptios primi fecerunt. Jul. pollux phalanges inquit phalangia dicunt̃ ligna quibꝰ ſubiecti naues trahi ſolent. Sic Nonius ſcribit phalāgas ſignificare fuſtes teretes q̇ nauibꝰ ſubijciūt̃. Scribit Hero. ęthiopas vicenos dentes elephātoꝝ grādes ⁊ e materia ebeni centenas phalangas: tertio quoqꝫ anno tributi vice regibus pendere ſolitos. Latine palange dicunt̃: a quo fit palāgo as: qđ eſt onus aliqđ huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Affra. Et capreā vnā ſemilacerā quaterni ſimul palangabāt.

Phalangarij: qui aliquid oneris phalāgis tranſuehūt: qui modo tetraphori: modo hexaphori dicunt̃. Itē phalangarij appellati ſunt milites qui erant in phalange quales habuit ad imitationem Alexandri magni. Alexander ſyrius Romanorū imperator vt auctor eſt Lampridius.

Phalangium genus aranei ꝙ omnibus internodia terba ſint in cruribus. Sunt qui phalangiū noīe omnes araneos intelligāt. Dicitur ⁊ phalanx.

Phalanx langis: dictio macedonica quo nō proprie legio ſed quadrata acies et cuneus militaris intelligit̃ quando. ſ. pes pedi: clypeus clypeo: vir viro in acie conſerebatur. Et hoc peculiare fuit macedonum inſtitutū vt auctor eſt Liuius ⁊ meminit Curtius: cuius hęc ſunt verba. Macedones phalangem vocant peditum ſtabile agmen: vir viro: armis arma conſerta ſunt. Cęſar. Milites noſtri e loco ſuperiore pilis miſſis facile hoſtium phalangē perfregerunt. Unde procuIdubio accipitur phalanx pro armorum connexione atqꝫ teſtudine. Hinc per tranſlationem a ſatyrico poeta dictū eſt. Juncteqꝫ vmbone phalanges. Item Phalanx eſt regula continens lances. i. librā. Et phalanx ab Ariſtotele genus aranei quod ⁊ phalangium dicitur tarantula. Item phalanges digitorum internodia dicuntur.

Phaneus mōs in ꝓmōtorio Chij a phaneo rege dictꝰ.

Phaneſij populi in inſulis oceani ſeptētrionalibus: qui vt Solinus ait habēt aures adeo effuſas: vt reliqua viſcera contegant illis.

Phantaſie imagines rerum inſidentes animo.

Phantaſma atis: viſum quę ſpecies vna ⁊ nomē eſt eorum quę dormiētes videre ſibi videntur: Phantaſticus imaginatiuus.

Phanaticus: dicitur qui diuino ſpiritu afflatus eſt ⁊ cui multę vanę apparitiōes ſunt quales inſanientē aiacē ꝑcitū fuiſſe poete ferunt. Hunc morbum errorem vocauit. Hora. Aut phaneticus error ⁊ iracūda diana.

Phanio nihil aliud ſignificat q̃ꝫ boni pedis hominē: id eſt cuius aduētus afferat aliquid fęlicitatis ſicut ſolemus dicere ſcđo pede introiſſe cuius introitū ꝓſperitas aliqua ſit conſecuta. vel melius: quoniā φαριζω eſt appareo. i. apparitorē vulgariter dicerent: qui ex voto ⁊ deſideratus tandē appareat.

Pharmacū pe. cor. Gręci φαρμακον. mediū verbuꝫ qđ ꝓ veneno ⁊ ꝓ medicamento accipi poteſt. Unde Caius iuriſcon. Qui pharmacum dicit debet addere bonum vel malum.

Pharmacopola: penul. ꝓ. dici poteſt vnguētarius qui pharmaca. i. venena vel medicinas venditat: quales ſunt qui vulgo herbarij vocantur. Cōponit̃ enim ex pharmacon et πωλεω vendo. Hora. in Ser. Ambubaiarū collegia pharmacopole.

Pharmacodes: odor medicamenti.

Pharmatuſe ſunt due inſulę exiles iuxta Atticā regionem in mari ſalaminaco: in quarum altera vt inquit. Stra. lib. ix. ſepulchrum çyrces viſitur.

Pharaones appellantur ęgypti reges qđ cognomen fuit dignitatis: vt ſcribit Euſe. Et vt docet Joſephꝰ libro. viij. antiqui. Pharaonis nomen ſm̄ ęgyptios ſignificat regeꝫ. Et reges cū primū ꝑueniebāt ad imperium hoc nomen accipiebant.

Pharmaceutice: Gręce φαρμακαυτικη medicina ꝓ medicamentis curat. Nam veteres tria medicine genera fecerunt. Empiricem quę ſolum experimentis conſtat εμπειριεν em̄ gręci experientiā vocant. Latralepticen quę vnguentis ⁊ Clinicen quę victu ⁊ venenis corporibꝰ medetur. Sunt tamē qui clinicen in duas partes diuidant. Unam Dietitecen qua victu medetur. Altera pharmaceuticen.

Phare numero plurali: vrbs in creta a Miſenijs condita. Habent̃ alie in Miſſenia ⁊ alibi.

Pharia a Ptolomeo Plinioqꝫ a Strabone ꝟo pharus inſula contra dalmaciā ⁊ Jaderā que nūc vulgo Liſna illyrico ſermone dicitur. Eſt ⁊ vrbs in ea a qua pharienſes populi.

Pharos olim inſula ęgypti oblonga paruaqꝫ cōtra nili oſtia: nunc continenti cōiuncta que portuꝫ alexandrię efficiebat: ſic appellata a nauclero Menelai ibi ſepulto: cum fuiſſet ibi ab aſpide interemptus. Luc. Pharos inſula quondam: In medio ſtetit illa mari. In ea turris ingens in petra poſita quę mari circūluitur: albo lapide octingentis talentis a philadelpho Ptolomeo rege Soſtrati Gnidi architecti Alexandrinorum amici opera poſita fuit ob ſalutem nauigantiū: quę nomen ab inſula accepit. Scribit Solinꝰ ab hac pharos turri pharo vocari machinas in portubus ad pręlucendi miniſteriū fabricata quoniā ex hac pharo Alexandrina dirigebantur nocturnis facibus accenſis. Papi. Lumina noctiuage tollit pharus emula lunę. Scribit Egeſippus lib. iiij. a gręcis latiniſqꝫ pharon appellari ex ipſius rei vſu: eo ꝙ longe videat̃ a nauigantibus tanq̃ꝫ phanos qđ ſignificat lucidum īmutata littera pharos dicatur. In hoc Alexāder nouam vrbem condere ſtatuit: ſed cum magne ſedis capax non eſſet ex illius aduerſo cōdidit Alexandriam. Hinc Pharius a um.

Phariſeus nomen ſectę Judeorum religioſe: erant em̄ apud iudeos tres ſectę: Phariſeorum: ſaduceorum ⁊ eſſenoruꝫ. A phariſeus fit phariſaicus a um. Hieronymus contra Uigilium. Quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata.

Pharſalici: campi theſſalię in quibus ciuiliū bellorum detonuerūt ꝓcelle: a pharſallo oppido appellati: qđ ſitū eſt in ripa fluminis Oenipei a quo pharſali dicti Sunt qui pharſaliā ꝓuinciā dicāt a pharſalo duce q̄ primo emathia ab emathio. poſtea Theſſalia a theſſalo: deinde a Macedone macedonia. Poſtremo a Philippo rege campi philippici.

Pharnax acis: penul. cor. nomē ꝓprium Mithridatis filij. Luc. Ne pharnacis arma relinquas Tigranēq; meū. Hic a Cęſare: vt L. Florus ſcribit vno ꝛ nō toto prẹlio more fluminis obtritus eſt.

Pharetra penul. cor. vbi ſagitte reponunt a φέρωκα̃ι ϳραι̃μα. Et qui eā ferūt pharetrati dicunt.

Pharuſij: populi in africa verſus oceanū occidentalē.

Phaſe hebraice: latine trāſitus dicit: qꝛ tunc ex ęgypto in patriā remigrauere iudei.

Phaiſſe: ꝑ duplex ſſ. a grẹcis palumbi dicunt.

Phaſceolus phaſilus ſiue phaſelus ſeu etiam phaſceolus vel phaſilus genus leguminis. Col. li. ij. Ab hoc recte phaſeius terrę mādabit vel in veterano vel melius pingui ꝛ reſtibili agro. Idem Phaſceoli modij quattuor obruūtur totidē operis.

Phaſellus. Uide in dictione Faſellus.

Phaſma atis: latine apparitio monſtrū viſio dicit.

Phaſis is vel idis. Colchorum pregrandis fluuius de quo Luc. Colchoꝝ rura facit ditiſſima phaſis. Hic vt Ambro. lib. Hexa. ſcribit de ſeptentrionali parte caucaſeis mōtibus fuſus cū pluribꝰ alijs in euxinū ſe ꝓcipitat mare. Pli. lib. vj. Nauigat phaſis q̄libet magnis nauigijs. xxxviij. M. d. p. Inde minoribus longo ſpacio pontibus centū viginti peruius. Grẹce etiā phaſis: latine fama dicitur.

Phaſiani: aues notę a phaſi fluuio ad nos traducti ab argonautis. Nāq; ex ea regione in grẹciā transportate ſunt. Mar. Argoa primū ſum tranſportata carina. Ante mihi notū nil niſi phaſis erat. In hāc auem Itim Terei filiū mutatū Mythici fabulantur.

Phaſianarius qui phaſianos paſcit. Paul. Iurecon. Phaſianarij aūt ꝛ paſtores anſerū nō ꝯtinent.

Phedo n athenienſis in cōuiuio a triginta athenienſiū tyrannus necatus fuit. Huius filię virgines erāt quę vt virginitatē ſeruarēt morte inuicem ſe complexe in puteū ſe prẹcipitauerūt. Fuit ꝛ alius hoc noīe philoſophus Elidenſis Socratis auditor ingenio liberali Qui vt quidā ſcripſerūt ſeruiuit lenoni perinde quaſi meritorius puer: queſtuariūq; mancipiū eū Cebes ſocraticus emiſſe dicitur: habuiſſeq; in philoſophuz diſciplinis atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit. Cuius nomini Plato librū de īmortalitate aīe dedit ꝛ alio noīe phedon inſcribitur.

Phegor lingua hebrea Priapus appellatur: vt inquit Hiero. contra Iouianum.

Pheneum: oppidum in arcadia. Pheneus vero amnis in alpheum defluens.

Phere vt ait Stra. Pelaſgicorū camporum terminus ad Magneſiam qui vſq; ad peliū montē porrigunt Emporium phere habent pagaſas: quo ex loco Pelios Iaſonem ac nauem argo emiſit. Unde Pagaſeus ꝛ phereus appellatus fuit. Fuit tamen alius Iaſon phereus tyrānus. Sed de theſſalo Iaſone intellexit. Cice. lib. j. offi. cum dixit Phereum Iaſonem ceteris anteponunt.

Pherecides penul. cor. philoſophus ꝛ poeta tragicus ex Syro inſula. Floruit regnāte Seruio Tullo apđ romanos: vt Cice. lib. j. Tuſc. refert. Hic primus dixit animos hominū eſſe ſempiternos. Primus ſcripſit ſoluta oratione: vt Apul. in floridis auctor eſt: repudiato verſuū nexu: quē Pythagoras magiſtrum coluit. Perijt pthiriaſi: hoc ē pediculari morbo. De quo Sere. Sed quis nō paueat pherecydis fata tragedi Qui nimio ſudore fluēs aīalia tetra eduxit Turpi miſerum quę morte tulerunt.

Pheretrum. Uide in dictione Feretrum.

Phiala penul. correp. vas vini vel aquę plerūq; ex auro cōflatum. Omnia em̄ vini vel aquę vaſa phiale dici poſſunt. Unde Iuue. Aurea vocat phialas dicēs. Uirro tenet phialas: tibi non cōmittitur auruz: hoc eſt vaſa aurea quę Uirroni commendata ſunt. Grẹci ἀπο ϳου πιυειυ πεισφ id eſt a bibendo.

Phidias ſtatuarius clariſſimus qui Minerue ſtatuam egregie fabricauit amplitudine cubitoꝝ. xxvj. q̄ ebore ꝛ auro conſtabat. In cuius ſcuto Amaçonum prẹlium celauit ꝛ deorum gigantiūq; dimicationem In ſoleis lapitharum ꝛ centaurorum. A Plinio dictus eſt artifex nunq̄ ſatis laudatus. De quo Quintil. li. xij. phidias dijs q̄ hominibus efficiēdis melior. In ebore ꝟo longe citra emulum vel ſi nihil niſi mineruam Athenis: aut olympiū in helide Iouem feciſſet Hinc phidiacus a um: penul. cor. Prop. Phidiacꝰ ſigno ſe Iupiter ornat eburno.

Phidicia cenationes lacedemonij ſeu cōuiuia nominabant ſiue ꝙ philias. i. amicitie cauſa inſtituta ſint: ſiue potius a parſimonia φειΔωμαι enim ſignificat parco ꝛ abſtineo φειΔω parcitas ꝛ parſimonia. φειΔωλοσ parcus. Unde ꝛ phidicia conuiuia de parca ꝛ frugi. Cicero libro Tuſ. Quid victuz lacedemoniorum in phidicijs nōne videamus? Conueniebant enim ad phidicia conferentes ſinguli farinę modium vini choros octo caſei quinq; minas: ficum quinq; ſemis minas.

Philos latine amor ſiue amicus. Philetus amabilis.

Philanthropos penul. pro. latine humanus. i. amans homines. Quo nomie dictū eſt lapę genus qđ veſtibus hominū adherens eos amare videtur. Philantropia humanitas. i. amor erga homines.

Philandros: amans virum.

Philadelphus: amator fratris. Philadelphia fraternitas amor fratris. Et philadelphia nomen ciuitatis in myſia regione aſię terremotibus concuſſa cuius incole in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex ſeptem eccleſijs. Supra philadelphiam orientem verſus exuſta regio patet ſtadijs longa quingentis: quadringētis lata: vbi nulle arbores preter vitē inueniūtur quę exuſtum vinum fert ita elegās vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt: montana petroſa et nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigiſſe arbitrantur: nec dubitant quę de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubterraneum ignem qui poſtea defecerit regionem exuſſiſſe.

Phalaretus: propriū nomen viri: ꝛ latine amator virtutis dicit. Grẹce em̄ αρεϳη virtus dicitur.

Philargyria ex argyrion quod apud nos argentum ſignificat componitur ꝛ auiditas argenti ſiue auaritia tranſfertur.

Philalethes veri amator latine dicitur.

Philocalus dici pōt amor boni vel mūdus politus elegās Philocalia amor pulchritudinis.

Philomella nomen mulieris pandionis filię athenienſis regis ꝛ ſororis prognes quę cū a Tereo compreſſa fuiſſet tandē vt eſt in fabulis deoruz miſeratione in auem ſui nois conuerſa fuit: quę ꝛ Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam quā paſſa eſt: ꝛ interprẹtatur amabilis.

Philorcium fęmine propriuz per amatoriam adulationem dictum.

Philo philoſophus hebreus qui de ſapientia librū ſcripſiſſe dicitur: fuit ꝛ alius philobiblius: vt Euſebius li. euange. preparationis teſtatur hos Porphirius lib. iiij. magnis laudibus decorauit.

Philoſophia amor et affectatio ſapientię: ſophia ſapiẽtia dicitur. Hęc ſciẽtia diuiditur in tres partes: in moralem: in naturalem ⁊ rationalẽ. Prima cõponit animũ. Secunda rerum naturam ſcrutatur. Tertia proprietates verborũ exigit ⁊ ſtructuram. Moralis grece ethica dicit̃. De qua Seneca Philoſophia animũ format ⁊ fabricat: vitam diſponit: actiones regit: agẽda ⁊ omittenda demonſtrat. Sine hac nemo ſecurus eſt. Hęc ampliſſima artium dicitur. Apul. diſciplinã regalem appellat: tam ad benedicendum q̃ ad bene viuendum repertã. A philoſophia fit philoſophus amator ſapientię. Philoſophicus a um. Philoſophaſter: philoſophorũ imitator. Philoſophor aris Cice. lib. j. de natura deoꝝ. Et cum minimi videbamur: tũ maxime philoſophamur.

Phileſius: cognomẽ Apolinis. Gręci φιλησιον amabilem dicunt: quia lumen eius exoriens amabili veneratione oculorũ conſalutamus.

Philippus: nomen viri proprium ⁊ latine equorũ amator bellicoſus dicitur. Quo nomine dictus eſt Alexãdri magni pater: ⁊ romanorum imperator qui prim⁹ ex romanis imperatoribus chriſtianus fuiſſe ꝑhibet̃.

Philippi ciuitas Thracię quam philippus macedonũ rex ędificauit: ⁊ a nomine ſuo philippos nominauit. Virg. Romanas acies iterũ videre philippi. Hinc Philippicus a um: vt Campi philippici. In campis philippicis primo Cęſar et Pompeius: Poſtea Auguſtus et Brutus cum Caſſio dimicauerunt. Hinc etiam Philippenſis ⁊ hoc philippenſe: vt Philippenſes ciues et philippenſe bellum: quod apud philippos geſtum eſt.

Philippei ſiue philippi ſunt aurei numi precioſi quorum apud Plautum frequẽs mentio eſt: vt in penu. Hic ſunt numerati aurei trecenti numi qui vocantar philippei.

Philoſarca: amator carnium. Hiero. Nos ſimplices ⁊ philoſarcas. i. amatores carnium.

Phologus: amator verborum vel ſtudij.

Philolaus: nomen viri proprium: et latine amor populi dicitur.

Philopon⁹: amator labor̃. Philoponia amor laboris

Philoſomatos: amator corporis σωμα gręci dicunt corpus quaſi σημα id eſt anime ſepulchrum: tanq̃ ibi ſepulta ſit.

Philopſychia: cupiditas vitę: philopſych⁹ cupid⁹ vitę.

Philotimos: honorum cupidus.

Phileterus: amans amicos.

Philoleutheros: amator libertatis.

Phileremus: amicus ſolitudinis penul. ꝓducta

Philocharis: carus amicus.

Philogathus: nomen viri proprium: quo ſignificatur benignitas.

Philocompus: amator iactantie.

Philoctetes tis vel te nomen peantis filij et Herculis comitis: quaſi amoris poſſeſſor. Proper. Tarda philoctete ſanauit crura machaon.

Philomathes: diſcendi cupidus. Philomathia amor diſcendi.

Philopolites: amor patrię.

Philoſtorgus: amic⁹ beniuolus neceſſari⁹. Philoſtorgia indulgentia amor parentum.

Philonicus. iurgioſus contentioſus: victorię amator.

Philtra: latine amatoria genus veneni amorẽ ⁊ vt plurimũ inſaniam ingerentis φιλτρον enim apud nos amatorium dicitur. Ouidius lib. ij. de arte. Philtra nocẽt animis: vimq; furoris habẽt. Iuue. Hic theſſala vendit philtra quibus valeat mentẽ vexare mariti

Philo nomen philoſophi academie principis cui ſe totũ tradidit Cicero vt ipſe in Bruto teſtatur admirabili quodam philoſophiam ſtudio concitatus: cũ ille in bello mithridatico domo fugiſſet romãq; veniſſet.

Philohiſtoricus: amator hiſtoriarum. Hiero. ad pauli. Quãtus inter quattuor ꝓphetas temporum conſci⁹ totius mũdi philohiſtoricus lapidẽ preciſuz de monte ſine manibus claro ſermone ꝓnũciat.

Philoxous grece φιλοξουσ nimis cupidus vitę.

Philenus vinoſus amator vini potator.

Philoxenus hoſpitalis. Philoxenia hoſpitalitas.

Philodulus pe. pro. amator ſeruorum.

Philopes puerarius: pedico: amator pueroꝝ.

Phimoſis dicit̃ cum glans mẽbri virilis ita tegitur preputio vt nudari non poſſit.

Phiſon nomen fluuij: qđ (teſte Ioſepho lib. j.) ſignificat inũdationem: qui eductus in Indiã in pelago late diffunditur: qđ Geta nuncupatur a grecis. Hic circuit omnẽ terram Euilath: vbi eſt auruz terrę ibi carbunculus ⁊ lapis precioſus.

Phillon per duplex ll. latine folium dicitur vna littera detracta. Hinc penthaphillon: melãphillon platiphillon ⁊ huiuſmodi multa.

Philon per ſimplex l. ſignificat gentẽ: genus: nationẽ.

Philarchus latine princeps gentis.

Philita pe. cor. proprie arbor quã latini Tiliam vocãt: q̃uis alij dicant eſſe mẽbranaz tenuiſſimam inter corticem ⁊ lignum tilię. Ex hac arbore fiebant corone: q̃ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius libro. j. car. Diſplicent nexe phylira corone. Ouidi⁹ libro faſ. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. Pli. vero lib. xxiiij. accipit phyliras pro capillamentis filiſq; tenuiſſimis: phylira inquit croci nimium ſalem cibis eximunt. Et lib. xiij. Preparantur ex papyro charte diuiſe acu in ꝑtenues: ſed q̃latiſſimas phyliras. Mar. lib. de nup. philologie accipit phyliram ꝓ mẽbrana tenuiſſima. Cuius hec verba ſunt. Libri in phylire cortice ſubnotati.

Phylura idem qđ phylira. ſ. membrana ⁊ tenuiſſimuz capillamentum.

Phylaca penultima. cor. locus cuſtodie: hoc eſt carcer. Plau. Illic eſt abductus recta in phylacã: vt dignus eſt. Philaciſta carceris cuſtos.

Phyllis nomen lygurgi thracum regis filię: quę demophoonta theſei filium ex troiano bello redeuntẽ amauit: ⁊ in coniugium ſuum rogauit. Ille ait ante ſe ordinaturum rem ſuam: ⁊ ſic ad eius nuptias reuerſurum. Profectus itaq; cũ tardaret phyllis et amoris impatientia ⁊ doloris impulſu ꝙ ſe ſpretam eſſe credebat: laqueo vitam finiuit: ⁊ conuerſa eſt in arborez Amigdalũ ſine folijs. Poſtea reuerſ⁹ demophoon cognita re eius amplexus eſt truncum qui velut ſponſi ſentiret aduentum folia emiſit. Unde etiam phylla ſunt dicta a phyllide quę ante petalia dicebantur. Eſt ⁊ phyllis amnis bithynię: a quo phylli phyllienſeſq; dicuntur: vt inquit Strabo.

Phima atis: genus tuberculi mollis: furunculo rotundioris planioriſq;: qđ in pus cito conuertitur.

Phyſis latine natura dicit̃: a quo phiſicus naturalis: Phiſica oꝝ naturalia vt phiſica Ariſtotelis. Uñ et metaphiſica ſupnaturalis.

Phyſiologus de naturis diſſerens. Hiero cõtra Ioui. Legamus phyſiologos ⁊ reperiemus turturis hãc eſſe naturã: vt ſi parẽ ꝑdiderit: alteri nõ iungat̃.

Phyſionomia naturę regula. Nam id verbũ ſignificat mores naturaſq; hominũ cõiectione quadam de oris ⁊ vultus ingenio ſciſcitari.

Phyſeter eris: pe. produ. genus piſcis marini admirabili magnitudĩe φυσαω ſpiro vł ſufflo. Uñ Ruffus in arato. Delphinos virides ⁊ phyſeteras anheloſi.

Phygethlon vt inquit Cor. Cel. tumor eſt non altus: latus: durus: rubicundus cum vehementi inflãmatione punctioneq; ac mẽbrorum diſtentione: neq; mate

ris magnopere in pus conuertitur.

Phyton ſine h in ſecunda preciū qđ capitur ꝓ re locata vulgus fictum appellat. Inde emphytioſis phiton etiam latine planta Phython cuȝ th. in vltima ſignificat ſerpentem.

Phlanates populi ſunt: a quibus nomen ſinui eſt inditum quē modo naute quernariū appellant: Alij carnariū propter naufragia procelloſo ferme ſemꝑ trāſitu. In receſſu eius Senia vrbs: cuius a tergo ſpecus ſunt: vnde vehementes nulla fere nō hora venti ꝑflāt eaq̄ res infamē ſinum eum reddidit. Dicti phlanates ab oppido phlano: vnde ſinus omnis hic phlanonicus vocatur qui a Pola colonia Jaderam vſq̄ diffunditur.

Phlebotomia: inciſio vene que fit ad ſanguinē minuendum ſedandi feruoris gratia φλεψ em̄ latine vena. phlebotomū ferrū quo vena ſecatur

Phlegmon latine inflāmatio quotiens ſanguis vtilis ⁊ mediocriter craſſus fertur ſubitus in aliquam corporis partem: ſed flegma pituita.

Phlegethon fluuius infernalis flāmis eſtuantibus rapidus φλεγω ardeo. Virg. Que rapidus flāmis ambit torrētib⁹ amnis Tartareus phlegethō torquetq̄ ſonantia ſaxa. Hinc phlegetontheus a um.

Phlegma atis: pituita. Inde plegmaticus qui ex phlegmate laborat. Phlegma vt inquit Aug. lib. xj. de ciuita. dei. In capite domicilium habet

Phlema dicitur cum ex labore vie ſanguis defluit circa talos.

Phlegonitis lapillus ꝙ in eo flāma quedam intus ardere videatur.

Phlegyas Martis filius rex laphitarū in theſſalia pater Ixionis ⁊ Coronidis: a quo phlegie populi theſſalie ſunt cognominati.

Phlegrei cāpi duo fuere alter in grecia a phlegra theſſalie valle: vbi gygantes cum celeſtibus pugnauere. Vel απο τoυ φλεγειν quod ē vrere atq̄ inflāmare qm̄ terra preliorum concitatrix eſt: dum ibi gygantū bellum exarſit. Alter in campania prope Cumas: in quo Hercules cum his preliū cōmiſit. De quo Strabo libro. v. ſcribit. Fortunatus erat ⁊ campus nomine phlegreus: in quo non a gigantibus geſta fabule deuulgāt: Ita dictus a colle qui olim plurimū ignis euomebat: quem Veſuuium ſcriptores appellāt. Ex hoc Hercules exiſtimatur ſicut Diod. meminit gygantes fugaſſe.

Phlegmones inflāmationes ſiue colletiones: quas et impetus noſtri vocant.

Phleos herba paluſtris ad nexus vtilis: ex qua phloine veſtes ab herodoto etiam dicuntur.

Phlyctena latine puſtula: quarū tria ſunt genera. Exantemata que Ply. eruptiones pituite et papulas appellat. Pſidracion paulo durius eſt ac ſubalbidum ⁊ acutum. Epinctis que tertium diſcrimen eſt.

Phlius untis: eſt vrbs in medio ſycionij argiuiq̄ agri vbi religioſiſſime colebatur hebe. Caſtellum phlium nominat Plinius.

Phoca piſcis bos marinus a ſono mugitus. Virg. lib. iiij. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Hic corio ⁊ pilis tectus parit in terra pecudū more: canuȝ modo coit. In ſomno mugit: a quo precipue vituli nomen accepit. Fuit et nomen imꝑatoris Romanorū.

Phoce es: oppidum boetie.

Phocea vrbs minoris phrygie vt inquit Ptolemeus: athenienſium colonia: vnde profecti ſunt qui maſſiliam apud Gallos non procul a rhodano condidere. Dicta phocea ꝙ vituli marini magno numero comparuiſſent vrbem condentibus. Eſt et in charia phocea mōti mycale apoſita. Ab hac phocēſes: vt a grecorum phocide phocenſes. Ab vtraq̄ phocaicus. Unde muricem phocaicum. Ouidius poſuit a phocea non procul a ſardibus.

Phocees populi Ionum: qui primi longis nauibus ſm̄ Herodotum vſi ſunt.

Phocis parua grecorum regio: vbi oraculum delphicum. Luca. lib. v. Maſſalieq̄ ſue donat libera phocis. In ea em̄ eſt oppidum Delphi ex helicone monte. Fons Caſtalius ⁊ Cephiſus amnis ⁊ mōs parnaſus: in quo Apollinis templum. Hinc phocides et phocei dicti ſunt qui maſſiliam condiderunt. Hos Varro ſcribit trilingues eſſe: ꝙ grece et latine ⁊ Gallice loquantur.

Phocion athenienſis vir clarus: cognomento bonus pauper. Fuit enim ſemper pauper cum ditiſſimus eſſe potuiſſet propter frequentes ei delatos honores. Hic neq̄ ridere neq̄ lachrymare ab vllo nunq̄ eſt viſus. Et in concione cum quis dixiſſet, Cogitabundus videris o phocion. Recte coniectas. Cogito enim ſi qua valeo in his breuitate vti que apud Athenienſes dicturus ſum. Huic cum legati philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent hortarenturq̄ vt ea acciperet: Quis enim ipſe facile his careret: liberis tamen eius eſſent neceſſaria: quibus difficile foret in ſumma paupertate ad paternā gloriam peruenire. Si mei inquit ſimiles erūt: idem hic agellus alet illos qui me ad hanc dignitatem perduxit. Si diſſimiles nolo meis impenſis illorum ali: augerique luxuriam.

Phebus Apollo qui Iouis ⁊ Latone filius fuit eodeȝ partu cum Diana genitus: que et ipſa phebe vocitata eſt: diuinatiōis et ſapientie deus a poetis exiſtimatus et medicine repertor. Dictus phebus quaſi φωβιoσ ab φωσ ⁊ βιoσ id eſt lux vite.

Phebas adis: fatiloqua ꝙ phebei numinis concepto afflatu fureret ⁊ agitaret̃ in baccāthis imaginē. Sidonius. Nec ſit intortū violate phebados vltrix in danaos fulmen iecit.

Phenix agenoris filius Cadmi frater qui phenicibus imperauit: a quo phenicia: ⁊ phenix arbor palma: et color ruber: a quo pheniceus a um: vt color phenice⁹ quod et phenicium dicitur id eſt purpureum. Similiter phenix auis a purpureo pennarum colore dicta: toto orbe celeberrima in arabia naſcens: aquile magnitudine que annis ſexcentis ⁊ ſexaginta viuere dicitur generis tam maſculini q̄ feminini. Hiero. in expoſitione ſymboli. Quid mirū videt̃ ſi virgo conceperit cū orientis auē quē phenicē vocāt in tantū ſine cōiuge naſci vel renaſci ꝯſtet: vt ſemꝑ vna ſit: ⁊ ſemꝑ ſibi ipſa naſcēdo vel renaſcendo ſuccedat. Idē ad ꝑſidiū. Phenix auis eſt in India ⁊ per quingentos annos de lybano implet ſe aromatibus: et ſic nidificat ⁊ indicat ſacerdoti Helyopolitano menſe famenoth aut famurth. Implet aram ſacerdos ſarmentis ⁊ ibi confert phenix aromata et eleccrum are imponit. Et primo ſolis ortu phenix quidem mouet pennas. Solis vero calore accenditur electrum: ⁊ ſic exuruntur aromata ⁊ ipſa phenix incenditur. Craſtina die de cinere gignitur vermis: ſecūdo pennas affert: tertio ad antiquam redit naturam ⁊ ſic ad ſua loca reuertitur. Ambro. lib. Hexa. Phenix auis in locis Arabie phibetur degere: atq̄ ea vſq̄ ad annos quingentos longeua etate procedere: q̄ cuȝ ſibi finem vite adeſſe aduerterit: facit ſibi thecā de thure ⁊ myrrha: ⁊ ceteris odoribus: in quā impleto vie ſue tēpore intrat et moritur: de cuius carnis humore vermis exurgit: paulatimq̄ adoleſcit: ⁊ proceſſu ſtatuti tēporis induit alarum remigia atq̄ in ſuperioris auis ſpeciem formam reparatur. Eſt et phenix nomen fluuij in theſſalia in aſopum fluentis. Et phenix qui ex phenicia eſt populus quem Ioſephus ſcribit inueniſſe grecas litteras.

Unde Lucil. Phenices primi (fame ſi creditur) auſi
Manſurã rudibus vocem ſignare figuris.

Phenicia regio i ſyria a phenice rege ſic vocata Iudee cõtermina. In ea ſunt Tyros ⁊ Sydon vrbes. Carmelus ⁊ Libanus montes in quo thura legunt.

Phenicium color rubens. Hiero. in expoſitione pſal. Si fuerint peccata veſtra ſicut pheniciũ velut niuem dealbabo. Nam greci φοιρικοp phenicium vocãt.

Pheniſſa mulier ex phenicia.

Phenicis idis: purpura pãnus rubeus. Phenice⁹: puniceus ruber.

Phenicopterus penul. cor. auis rubentes pennas habens grece vocãt phenix rubrũ ⁊ πτεροp alam Iuuena. Et ſcytice volucres ⁊ phenicopterus ingens.

Pholus fuit vnus ex cẽtauris Ixionis ex nube filius.

Pholoe mons arcadie ſyluoſus: De quo Luc. lib. vij. Scilicet ipſe petet pholoen petet ignibus ethon.

Phonaſcus vocis ꝓnũciationiſqꝫ magiſter ⁊ moderator dictio greca. Quintil. lib. xj. Sed cura nõ eadem oratoribus que phonaſcis. Sue. de Aug. Pronũciabat dulci ⁊ proprio quodam oris ſono: dabat et aſſidue phonaſco operã. Is enim vocem intorquere remittere/lenire/exaſperare docebat. Fracto nomine a verbo φωρεω: quod ſignificat loquor.

Phorcys huius phorcys et phorcyn phornicynis nomen neptuni filij.

Phoſphorus penul. cor. latine lucifer ſtella.

Phragmon nomen ſtatuarij et pictoris egregij ſicut et polycletes.

Phraſis eloquentie corpus: ⁊ dicendi modus Dicta a φραζειp qđ eſt fari et diſſerere. Hiero. in prolo. lib. Regũ. Secũdus grecus eſt qđ ex ipſa phraſi probari põt. Quintil. Macer ⁊ Lucretius legendi quidẽ: ſed nõ vt faciãt phraſin. A phraſis fit theophraſtus.

Phrenitis morbus ledens mentẽ ⁊ ad inſaniã furorẽqꝫ deducẽs απο του φρενοσ id eſt deturbatio mentis. Inde phreneticus q̃ eo vitio laborat. Apud Iuuena. phreneſis penul. pro. legitur. Cum furor haud dubius cuꝫ ſit manifeſta phreneſis. Aliter Serenus ꝓtulit. Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur. Amiſſaſqꝫ refert frendens amentia vires.

Phronimos latine prudens: phroniſis prudentia. Cicero libro. j. offi. Princepſqꝫ omniũ virtutum eſt illa ſapientia quam greci ſophiam vocant. Prudentiam enim quã geeci phroniſin dicunt aliam quandam intelligimus: que eſt rerum expetendarum fugiendarumqꝫ ſcientia.

Phrygia regio minoris Aſie a phrygio amne: qui eã a Caria diuidit. Vel a phrygia cecropis filia vbi Dardania a Dardano Iouis filio. Inde a Troe Erychthonij filij Dardani filio Troia in qua Ilion. Due tamen feruntur phrygie. maior ſcꝫ ⁊ minor que Epictetus dicta fuit. Phryges chriſtianam fidem tenuerũt diu. Sed emerſit apud eos montanus quidaꝫ qui ſe paraclytum nominauit gentemqꝫ illam infecit: cum quo mulieres Priſca ⁊ Maximilla relict? viris ſuis incedebant: ⁊ illius inſpiratione propheti ſſe dicebãtur: multiſqꝫ erroribus ⁊ phrygiam ⁊ vicinas regiones impleuerũt. Phrygia ab aquilonis parte eſt Galacie collimitata A meridie Licaonie piſidie mygdonieqꝫ contermina. In ea eſt Ida mons et tmolus et pactolus fluuius. Ex ea fuit ſibylla nona que ſic vaticinata eſt. Tuba de celo vocem luctuoſam emittet: tartareum chaos oſtendet dehiſcens terra. Venient ad tribunal dei reges omnes. Deus ipſe iudicabit pios ſimul et impios: tunc demum impios in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum viuent.

Phryx gis: generis maſculini pro eo qui eſt ex phrygia Hiero. Compelle phrygẽ ⁊ ponticũ: vt locuſtã comedat. Dicit ⁊ phrygius a um. Virg. lib. ix. de mulieribus loquẽs inquit. O vere phrygie.

Phrygiones qui acu piugũt: vel qui veſtes acu auro intexunt. Phryges enim primi inuenere talem texturã Pli. lib. x. Pictas veſtes iam apud Homerũ fuiſſe video. Unde naute triumphales acu facte: id phryges iuuenerunt. Ideoqꝫ phrygiones appellati ſunt. Idem appellat dardanũ aurum.

Phthia ciuitas theſſalie a qua phthi⁹ ⁊ phthiota. Vñ achilles phthius dictus eſt. Ouidius. Quã ſine me phthijs caneſcant equora remis. Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthiotis idis dicta eſt vna ex quattuor theſſalie partibus: vt inquit Strabo.

Phthiriaſis morbus pedicularis ἀπὸ τοῦ φθεῖρωp qđ eſt pedes ⁊ pediculos vocamus. Unde phthirophagi dicti ſunt populi ſolis piſcibus viuentes a tenuitate victus quaſi pediculis veſcantur. Hij ſunt iuxta pontum euxinum. Hoc morbo extinctus eſt Silla dictator ⁊ Pherecydes poeta

Phthiſis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite diſtillante απο τοῦ φθιpειp qđ eſt tabeſcere. Unde phthiſici vocant. Sunt q̃ phthiſin phthonem quoqꝫ appellent: ſed illud genus maxime quo ſanguis reijcit: quali morbo laboraſſe theopompum ⁊ ab Aſclepio curatum tradunt.

Phthongus ſonus vnde diphthongus quã ob cauſaꝫ phthongus ⁊ harmonia in celo dicũtur. Vide Ptolemeum libro. iij. harmonice inſtitutionis οτι φθεγγομαιεστι τοαυ λαω ερθερ οπθογγοσ παραγεται φ autem pythagoram dicunt aliqui primũ inueniſſe celum harmonia volui an alij Suidas noſter explicat.

Phucus animal volatile paruũ: a phago comedo. Vide in dictione fucus.

Phut inde phutei: vt Ioſeph⁹ ſcribit mauritanie populi. Fuit autẽ phut Chame filius: cuius pater Noeus Ita enim a grecis vocari dicitur: quem hebrei Noe dicunt: vel potius chanoch.

## P Ante I

Piaculum ſacrificium cultus ⁊ quicquid agitur ſeu prebetur pro ſacrificatione peccati. Virg. Ea prima piacula ſunto. Hora. lib. car. Teqꝫ piacula nulla reſoluent. Hoc eſt nullis hoſtijs te expiabis. Aliquando dicit crimen flagitium. Hiero in libro Iudi. Nunqꝫ tantũ nefas ⁊ tam grande piaculum factũ eſt in iſrael Virgilius libro. vj. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Piare ſignificat colere. Plau. Ubi piem pietateꝫ ſi iſto more morata tibi poſtulem placere. Quandoqꝫ contaminare: polluere: qđ ⁊ impiare dicitur: quemadmodum ſacrum ponitur pro execrabili. Quandoqꝫ pie amare. Neuius. Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. Aliqñ purgare Virg. Et culpam miſerorũ morte piabũt. Huius verbi compoſita ſunt expio: qđ eſt purgo. Impio: contamino. Hiero. in prolo. Aggei. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis ſeruiẽdo etiã effuſionẽ ſanguinis innocentiũ ſe grauiter impiaſſet. lxx. annorum captiuitatẽ eundem populũ ſtatuit ſuſtinere.

Piatrix ſacerdos: que expiare ſolita erat.

Piamen ſeu piameutum erat id quo in expiando vtebãtur. Eſt tamen dictio magis poetica q̃ꝫ oratoria: nam grandis eſt differẽtia de vſu dictionũ/que varijs ſcribendi generibus conueniant. alijs vtitur ſatyricus: alijs orator: alijs hiſtoricus.

Piaculare qđ ad ſatiſfactionem peccati pertinet. Liui⁹ lib. j. Itaqꝫ vt cedes manifeſta aliquo tũ piaculo lueretur imperatũ patri vt filiũ expiaret pecunia publi

ea. Is quibuſdam piacularibus ſacrificijs factis que
deinde genti horatie tradita ſunt. Piacularia triſtia
per que malū fieri opinabantur. Nam a ſuperis feli/
citatē. ab inferis dijs infelicia dari cenſebant. Piacu
laria auſpicia dicebātur: que ſacrificātibus triſtia por
tendebant: cuz aut hoſtia ab ara ꝓfugiſſet aut percuſ/
ſa mugitum edidiſſet: aut in aliam partez corporis ꝙ̄
oporteret cecidiſſet.

Piabile qđ purgari poteſt: cuius contrariū eſt inexpia/
bile. Aug. ſup Joannē. Viderunt ſe ingenti crimine
impietatis aſtrictos: quando illum occiderunt: quez
venerari et adorare debuerunt: et hoc putabant eſſe
inexpiabile.

Piens a pio as: cum ſignificat pie amo. A quo pientior
pientiſſimus. Piens tn̄ in vſu nō eſt.

Pietas (inquit Cice. lib. artis veteris) eſt per quam ſan
guine coniunctis patrieꝗ beniuolis officium ⁊ dili/
gens tribuitur cultus. Aug. vero ſic. Pietas ꝓprie
dei cultus intelligi ſolet quā greci Euſebian vocant.
Hec tn̄ ⁊ erga parentes officioſe haberi dicit̄. Mo/
re autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſeri
cordie frequētatur. Qđ ideo arbitror eueniſſe: qr hec
fieri precipue deus mandat: eaꝗ ſibi vel pro ſacrifi/
cijs: vel pre ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquē/
di conſuetudine factum eſt: vt deus ipſe dicatur pius
quem tamen greci nullo ſuo ſermonis vſu euſebian
vocant: ꝙ̄uis euſebian pro miſericordia illorum etiā
vulgus vſurpet. Huius contrariū eſt impietas: ꝗ̄ ab
iniuſticia ſic diſtingui ſolet: ꝙ illa in deum: hec dici in
homines poteſt. Per illam contemplatione delinꝗ̄/
tur: hac opere ⁊ factis peccatur. Pietas etiam a Ro
manis dea putata eſt.

Pius a um: quādoꝗ religioſum ſignificat. Virg. Dijs
meliora pijs. Quandoꝗ miſericordem: benignum.
Cice. Non ſecus in me pius ꝙ̄ pater in filios. Quā/
doꝗ caſtum. Quintil. Et pios amores ac pudicos.
Huius contrarium eſt impius. Exiſtimo autem ꝙ
deductū ſit a greco pius imutatiūcula ꝗ̄daz πρασσ
ρασισι λεγεσαι pius.

Picea genus arboris: quam Pli. li. naturalis hiſtorie:
quintā ſpeciem cedri ſcribit eſſe.

Piceus a um a pix fit.

Pico as ſignificat pice quicꝗ linio. Pli. lib. xxxvj. Sed
vaſa tuentur picando parietes: quoniam et tecto/
ria calx proditur. Sciteꝗ dictuz eſt ad tecta eos pice
ad vinum calce vti: quoniam ſic muſta condiunt. Hu
ius compoſita ſunt compico / et impico. Unde Col.
libro. vij. Si dolore neruorum claudicat: oleo et ſale
genua poplites ⁊ crura cōpicāda ſunt: donec ſanent̄.

Picatus a um: qđ pice linitum eſt: ſeu conditū vt vinuz
picatum. Antiqui enim vinum pice condiebant: qđ
picatum vocabant. Pli. Pice ⁊ reſina condire mu/
ſta vulgare Italie eſt. Erat ⁊ picatum aliud qđ ſpon
te nature ſue picis ſaporē recipiebat: et hoc in agro
Veienſi peculiariter naſcebatur. Plinius. Jam in
uenta vitis per ſe in vino picem habens reſpicienſꝗ
veienſem agrum.

Picus auis parua vncorū vngium: cauat arbores in ꝗ̄/
bus pullos educat: ⁊ ſcandit in ſubrectū feliū modo
Dicta a pico Saturni filio: qui ei nomē dedit: vt do/
cet Pli. libro. x. Et quoniam hec auis Marti ſacra
eſt: quandoꝗ picus martius dicitur. Picos roma/
ni veteres vocabant: quos greci gryphes vocant:
belue quadrupedes auritiꝗ: viſu ⁊ forma terribiles
corpore leonino: roſtro / alis / pedibꝰ aquilis ſimiles:
habitare in hiperboreis mōtibus: in aſiatica ſcythia
feruntur: vbi aurū ⁊ gemme naſci perbibentur: ibiꝗ
tanta rabie in hoīes deſeuiūt vt terrā ipſam inhabi/
tabilē faciāt. Et quaſi geniti eſſe videantur ad plectē
dam auaricie temeritatem. Plau. Pici diuites qui
aureos montes colunt eos ſolus ſupero. Sed hoc
vt multa alia fabuloſum eſt. Fuit ⁊ picus rex latino/
rū: fanni pater: ⁊ latini regis auus auguriorum peri
tiſſimus: ⁊ primꝰ hac aue vſus eſt in auſpicijs. Oui/
dius. Picus in auſonijs ꝓles ſaturnia terris.

Pica ꝙ̄uis femi. videatur a picus: longe tamen diuer/
ſe ſignificatiōis eſt. Nā auis eſt magnitudine palū/
be: alis vario colore ⁊ preſertim ceruleo depictis hu
mana verba ꝓferēs. Mar. Pica loquax certa domi
nū te voce ſaluto. Si me nō videas eſſe negabis auē
Eſt ⁊ alia pica ſub ventre alba: ſuperius nigra: que
varia appellatur.

Picenū regio Italie in qua eſt aſculū a pico martio aue
dicta: cuius ductu ⁊ auſpicio ſabini cum aſculum ꝓfi
ciſcerentur in vexillo eoruz picus conſederat. Nam
ſicut Strabo libro. v. ſcribit. Conditores picentium
e ſabinorum terra profecti ſunt: a quibus orti ſunt.
Picenum quondam vberrime multitudinis. Nāꝗ
trecenta ⁊ ſexaginta millia picentium in fidem Ro/
mani populi venere. Ea nūc marchia anconitana di
citur. Incipit a Troento amne vſꝗ ad Iſaurum flu/
uium: qui nunc folia dicitur. Et hinc apennino hinc
mari ſupero terminat̄. Habet ciuitates piſaurū: fa/
num fortune: ſenam gallicam: vrbinum anconam: ca/
merinum: firmum ⁊ aſculum.

Picenus a um nomen poſſeſſiuum: vt picenus ager.

Picens tis nomen gentile: vt homo picens ex piceno.
Hinc picentinus a um.

Picra amara dicitur. Hiero. ad alga. Vidi ego nauſeā
⁊ capitis vertiginez antidoto qđ appellatur πικρα
id eſt amara ſepe ſanari.

Picturatus varia pictura exornatus ⁊ acu pictus. Uñ
picturate veſtes dicuntur nō a picturo qđ non inue/
nitur: ſed ſimplex participiū vel participij tm̄ vox eſt
Virg. Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes.

Pierus penul. cor. nomen patris nouē picarū. Ouidiꝰ
lib. v. met. Pierus has genuit pelleis diues in aruis

Pieria mons ⁊ ciuitas boetie: quā primus pierus lini
pater edificauit muſis ſacer. Hinc perides muſe: ꝙ
in pieria ex Ioue et mnemoſyne nate ſint vt inquit
Strabo. Vel a pieria regione macedonie Emathia
ante dicte a nemore ita appellata. Cui nomē eſt pie/
ris. Et pieres populi ſunt dicti: quibus extinctis ma/
cedones ea loca incoluere. A pieria fit pierius a um
Unde pierium carmen. Muſe autē ſuauiſſimū via/
ticum ad labores vite. Unde Theocritus ουδεν
ποτον ερωτα πεφυκει φαρμακον αλλονι
κια ουτεγχριστον εμοιδοκει ουδι επιπαστ
τον η ται πιεριδεσ.

Piget piguit ⁊ pigitū eſt. Stra. li. vij. Nec pigitū par/
uoſꝗ lares humileſꝗ ſubire. Dicit̄ ⁊ pigeo ges: pi/
gui ⁊ cōſtruit̄ cum accuſatiuo: ſignificatꝗ dolere ſeu
moleſtū eſſe: vt inquit Aug. quaſi pigriciā ſignificat:
Nam cū dicimus piget me feciſſe: hoc eſt dicere non
ſurgit meus animus ꝓbare qđ feci. Plau. in pſeu.
Id qđ pudet facilius fertur ꝙ̄ id qđ piget. Teren. in
phormi. Quere obſecro ne plus minuſve faxit: quod
nos poſtea pigeat. Quādo ꝟo imperſonale eſt con/
ſtruit̄ a parte ante cum accuſatiuo vel datiuo. Plau
tus. Non dediſſe te pudet me: quia nō accepi piget.
Ouidius lib. ij. meta. Pigetꝗ actorū ſine fine mihi
ſine honore laborū. Inuenit̄ etiā pigēdus: qđ eſt a pi
geor verbo deponēti. Differentiam inter pigere et
pudere: Vide infra in dictione pudeo.

Piger tardus cuius contrariū eſt impiger pro diligen/
te: hinc pigricia pigricies: pigredo pigritudo: ⁊ pigri
tas ꝓ tarditate ⁊ ignauia. Cice. lib. iij. de rep. Nun/
quid viri fortiſſimi fortitudo impigritas patientia?
Et li. iiij. Tuſ. Que aūt ſubiecta ſunt ſub metu ea ſic
definiūt pigriciā metū cōſequētis laboris.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pigreo es. piger ſum a quo pigreſco et pigreſſo idem ſignificantia.

Pigro as. detineo ac retardo. Accíꝰ. Melius pigraſſe ꝙ properaſſe nefas.

Pigmenta ſunt vnguenta quibus vtũtur puelle ad venuſtandã faciẽ: vt fucus. Per trãſlationẽ ꝓ̃o dicunť mẽdacia et fraudes: qꝛ nõ eſt naturalis color/ſed artificialis. Cice. lib. ij. de ora. Tã integre ſentẽtie: tam vere: tam noue: tã ſine pigmentis fucoq; puerili: vt mihi nõ ſolũ tu incẽdere iudicẽ: ſed ipſe ardere videaris. Accipiť etiã qñq; ꝓ cõfectiõe ex diuerſis ſpeciebus ſuaui ⁊ odorifera. Hiero. Deniq; ⁊ hi quibus intellectus herbarũ eſt pigmentorũq; peritia ferunt quedã eſſe pigmẽta: quorũ ſi odorẽ ceperint nõnulla animalia continuo intereũt: alia vero eodem odore recreantur: vitamq; recipiũt.

Pigmentatus ta. tum. quod eſt pigmentis ornatum. Hiero. ad Paulinum. Totum flaccidum molle nitidum: atq; formoſum: queſitis hincinde odoribus pigmentatum.

Pigmentarius qui facit vel vendit pigmenta. Hiero. in exo. Compoſuit et oleũ ad ſanctificationis vnguẽtum ⁊ thymiamata de aromatibus mũdiſſimis opere pigmentarij.

Pigmentarius a. um. quod ad pigmenta pertinet.

Pignus oris. ⁊ eris. a pugno vt Caius de ꝟbo. ſignifi. inquit. Quia res que pignori dãtur manu tradũtur. Eſt ⁊ proprie quod creditori datur vt ſit ſecurus. Et hoc modo ſepe dicitur cum aut munus noſtrum: aut aliquid ſimile pignus eſſe amoris: et beniuolẽtie volumus. Virg. Ipſe pater dextrã anchiſes haud multa moratus. Dat iuueni atq; animũ preſenti pignore firmat. i. ſecurum facit vt qui dat pignus. Ulp. inter pignus et hypothecã hoc differre ſcribit: ꝙ pignus dicitur cum ad creditorem trãſit: hypothetica cum non tranſit. Quoniã vero filij videntur tanq; pignora inter virũ et vxorem eſſe: tum vinculi ne alioquin forte diuortium fiat: tum charitatis: factum eſt vt pignora pro filijs capiantur. Nam vt inquit Amb. Cũ premium nuptiarum ſit partus feminarum: merito mentes coniugales per filios veluti per quedã quaſi pignora inter ſe arctius copulãtur. Ouid. Dulcia ſollicite geſtabãt pignora matres. Aliquãdo pignꝰ ſumitur pro eo quod deponitur ab his qui ſimul decertant apud ſequeſtrum. Virg. Tu dic mecum quo pignore certes.

Pignoro ſiue pignero pigneras: ſignificat rem pignori do. Sue. de vitel. Atq; ex aure matris detractum vnionem pignerauit ad itineris impenſas. Huius compoſita ſunt oppignero: et repignero: de quibus alibi. Inuenitur etiam pigneror deponẽs in eadem ſignificatione.

Pigneratitius a. um. ex ſupino verbi pignero nomen deductũ ſignificat qđ pignori datũ eſt: vt res pignoratitia. Et pignoratitius vir: cui pignus capere licet. Ulp. Queriť in pignoratitio creditore an pignoris perſecutio denegetur.

Pilus ꝑ̃ma correpta: capillus. Nam ambo cõuertunť. Gel. Si ouiũ lacte hedi aut caprarũ agni alerentur conſtat ferme in his lanam duriorem in illis capillũ gigni tenuiorem: a quo pilo as. Eſt et pilus nomen generale. Nam pilum ꝓ capillo. Idem Pli. poſuit: In capite inquit cunctorum animaliũ homini plurimus pilus. Pili lõgiores ac ꝓni in colla atq; armos veſtientes iube dicuntur. Pili vero craſſiores rigidi: quales habent ſues vocanť ſete. Pilus vero prima producta quod et pilũ diciť: telũ romanũ a perimẽdo dictũ quaſi perilũ: vt inquit Var. Huius haſtile erat pedum quinq; ⁊ ſemis: et ferrum trigonali figure nouem vnciarum: a quo pilati dicuntur: pilo armati. Mar. Et pilata reddit iãq; ſubitq; cohors. Generaliter tamen pila. Var. auctore tela romana ſunt: ſicut geſſa gallorũ: et ſariſſe macedonum. Hinc et primipilus dicitur cẽturio. Et prepilate haſte: que ferreas habent cuſpides: quaſi preferrate. Propilatum dicitur vbi non eſt ferrum: ſi modo in mucronẽ exacutũ ſit ad formã pili factum vt cornua locuſtarũ quibus natant. Preferratum vero pilũ in molendo propterea vocatur apud Pli. vt a pilo ruido diſtinguať ad molas videlicet: q̃s aqua verſant vtili. Nec tam ꝙ ſine ferro eſt: id nomen habet: q̃ ꝙ aſperum impolitũq;. Nam et ruidus panis appellať qui parũ coctus rugoſuſq; ſit: q̃q; rubidus fere ſcribiť. Preterea pilus ſiue pilũ a pinſendo: ſeu a pilumno: vt inquit Seruius inſtrumẽtum: quo quippiã in mortario teritur. Pli. lib. xviij. Quippe ⁊ ethruria ſpicã farris toſti pinſente pilo preferrato: fiſtula ferrata: et ſtela intus denticulata: vt niſi intenti pinſant concidantur grana: ferroq; frangantur.

Pila pile a pinſo vas concauum: ꝙ antiqui ſiccata frumenta in pilas immiſſa pinſebant. Idem in eodem. Tundatur granũ eius in pila lignea. Similiter vaſa illa concaua medicorũ vſui apta in quibus Typſane fieri ſolent pile dicuntur. Item pila eſt colũna ſtans: quam greci στηλην vocant a ſtando proprie ſtelas greci appellant ſtantes in monumentis columnas. Apulei. lib. iij. me. Pila media que ſtabilis trabes ſuſtinebat. Feſtus. Pila que parietem ſuſtentat ab opponendo dicitur. Plinius libro xj. Ructes ceras fulciunt pilarum inſtar interius a ſolo fornicatus vt ſit aditus ad ſarciendum. Item pila eſt qua luditur ab πιλεω equo: ꝙ forma ſpherica ſit: que omni ex parte equa eſt: vel a pilo qđ pilis impleri ſolet. Item pila capitur ꝓ quacũq; re rotunda inſtar pile luſorie.

Pilatim aduerbiũ a pila ꝓ colũna: ſignificat per pilas. Vict. Pilatim ſtruunť edificia.

Pilula quaſi parua pila. Plin. Naſcuntur in eo pilule nucibus nõ abſimiles: intus habẽtes floſculos molles lucernarũ luminibus aptos. Idẽ Scarabeus qui pilulas voluit. Et ea venena que hac forma ſumimꝰ vulgo pilulas noiamꝰ. Idẽ vetus axungia phthiſim in pilulis ſumpta ſanat. He greco vocabulo catapotia dicuntur.

Pilũ nouacula/culter raſorius/⁊ haſtile quinq; pedum et ſemis: de quo in dictione pilus.

Pilani dicti ſunt milites qui pilis pugnabãt qui antea primipilares vocabanť: mutata n. in re.

Pilo as penultima correpta: a pilus qui in carne eſt: ſignificat pilos emitto. Accius. Tunc primũ pilabãt gene. Affra. Meũ preterea corpus nunc pilare primũ cepit. Interdum etiã pilare eſt pilos detrahere. Mar. Oe pectus ꝙ crura pilas. Hinc componitur depilo. Pilo as. penul. produ. grecũ eſt: et ſignificat complano. A quo fiũt compoſita Compilo: expilo: oppilo: et ſuppilo.

Pilates genus lapidis candidiſſimi. Cato. Lapis candidior q̃ pilates.

Pilentum: vehiculi genus: quo matrone ferebantur. Idẽ videť quod petoritũ qđ q̃ttuor rotarũ: ab hiſpanis introductum. Var. de lin. la. in conſuetudinẽ ſua etate primũ veniſſe ſcribit. Eſtq; eius forme q̃ noſtri temporis principum italie mulieres vectantur: ita libratum vt conſidentes in puluinis in aere ſuſpendi agitate videantur.

Pileus tegmen capitis: quod ⁊ pileũ diciť. Plau. Ut ego hodie raſo capite caluus accipiã pileũ. Perſiꝰ. Hanc nobis pilea donãt. Ponitur quãdoq; pileus pro libertate. Unde legimus apud hiſtoricos ad pileum ſeruos fuiſſe vocatos: quod ſignificat ad libertatem: cuius inſigne eſt pileus. Liui. lib. xxiiij. poſte

ro die ſerui ad pileum vocati: ⁊ carcere vincti emiſſi. Suet. in Tybe. Seruiſq; ad pileum fruſtra vocatis in ſiciliã profugit. Accipiebant eñ ſerui pileũ raſo capite: qui manumittebant̃.

Pileolus ⁊ pileolum cum accentu in antepe. Hora in epiſto. Ut cũ pileolo ſoleas cõuiua tribulis. Hiero. ad fabiolã. Pileolus rotundus eſt: q̄ſi ſphera media ſit diuiſa ⁊ pars vna ponat̃ in capite: hoc greci et noſtri tiaram nõnulli galerũ vocant. Idem ad paulinũ neutro genere dixit: Pileolũ textura breue: charitate latiſſimũ ſenili capiti cõfouendo libenter accepi ⁊ munere: et muneris auctore letatus.

Pileatus qui pileo indutus eſt. Unde ſerui pileati qui pileo impoſito vendebant̃.

Pilumnus qui ſtercorandorum agrorum: et pinſendi frumẽti vſum inuenit. Iouis vtputãt filius: ⁊ Dauni pater. Ser. lib. ix. eñ. Pilumnus ⁊ pitumnus fratres fuerunt dij: horũ pitũnus ſtercorandoꝝ inuenit vſum agrorũ: vnde ⁊ ſterquilinius dictus eſt: pilumnus vero pinſendi frumẽti: vnde a piſtoribus colit̃. Et ab ipſo pilũ dictũ eſt.

Pina per ſimplex n. genus piſcis: ſiue conche. Cic. lib. ij. de natura deorum. Pina vero ſic eñ grece dicit̃ duabus grandibus obſita conchis: cum qua piſciculus ſquilla dictus ſocietatem coit: in aliquibus cancer cibi affectator.

Pinna per duplex nn. ꝓprie penna ẽ que pluma. i. mollior et exigua penna non eſt. Nam penna nomen generale eſt ad plumas ⁊ pinnas. Uar. lib. iij. de re ru. de colũbis. Qui iã pinnas habere incipiunt: in nido relinquũt illiſis cruribus. Idem de gallinis. Eligat fecundas plerunq; rubicunda pluma nigris pinnis. Col. li. ix. Siccus etiã puluis ⁊ cinis vbicũq; cohortem porticũ vl' tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt: vt ſi quo aues ſe perfundant. Nam his rebus plumã pinnaſq; emundant. Pinna etiã acutũ ſignificat: vnde et pinnę muroꝝ. i. ſummitates. Pinnas etiã geſtare gladiatores ſolebant: vñ pinnirapi retiarij dicũtur: q̄ pinnas e galeis mirmilonũ iacto rete exciperent.

Pinnirapus penul. cor. gladiator. Cõpoſitũ nomen ex duobus corruptis. ſ. pinna ⁊ rapio. Iuue. Hic plaudat nitidum preconis filius inter Pinnirapi cultos iuueneſq; laniſte.

Pinnula diminu. a pinna. Et eſt ſumma pars auris ab acuitate dicta. Aliquãdo parua pinna. i. pẽna. Col. lib. ix. Inhibeturq; cupiditas incubãdi pinnula per nares traiecta.

Pinnaculum faſtigium ⁊ ſummitas edificij in acumen tendentis: ſiue q̄ veteres pinnam acutum dicebant. Unde bipennis ſecuris que vtrinq; aciem habet: ſiue q̄ pinnaculis addi pinna conſueuit: que facili motu ventoꝝ indicet flatum: quod genus nunc pinniculum dicitur.

Pinnaces et ꝑ diminutionẽ pinnacidia dicunt̃ tabellę in quibus capita omnium rerũ continentur: et latine indices dicimus.

Pinnacothecę locus erat prope atrium in qu o picte tabulę reponebantur. In tablino rerum in magiſtratu geſtarum monumẽta continebantur. Uarro ſcribit multos ſpectatum veniſſe luculli villas: vt viderent innacothecas.

Pinus arbor tam maſculini q̄ȝ feminini generis ⁊ tam quartę q̄ȝ ſecundę declinationis eſt: quę et pinea dicitur. Ambroſius. Quis pineam videns nõ ſtupeat? Pineus a. um. quod ẽ natum ex pinu apud Iſthmũ victores coronabant̃. Pinetũ lucus pinis cõſitus.

Pinaſter pinus ſilueſtris mire altitudinis. Plini. lib. xvj. Pinaſter nihil aliud eſt q̄ȝ ſilueſter.

Pindus: laphitarũ ſedes mons theſſalię apollini muſiſq; ſacer Acarnaniã ab etholia diuidit. Sunt tamẽ qui hoc nomẽ cũ ypſilo ſcribant. Eſt ⁊ nomen vrbis theſſalice a pindo mõte appellata iuxta quẽ eſt fluui⁹ eiuſdẽ nominis.

Pinguis non macer: aliquãdo ponitur pro infęcundo. Uirg. Et pingues hortos. Aliquãdo pro impedito ⁊ inepto. Cice. Quod ipſi antiocho pingue videtur et ſibiipſi cõtrarium. Hinc componitur prępinguis quod eſt valde pinguis. Colu. libro. iiij. Ideoq; non eſt vineis apta vix etiã arbuſtis niſi pręingui. Pingue vero ſubſtantiuum neutri generis dicitur quod inter carnẽ ⁊ cutẽ eſt ſucco liquidũ. Uirg. Et oĩes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. A pinguis fit impinguo as. Hier. Impinguatus incraſſatus recalcitrauit.

Pingueſco is. a pingueo es. fit. Col. lib. ij. Omne emaciatũ armentũ medica pingueſcit. i. pingue fit.

Pinguefacio ſignificatiõis actiue ẽ: pinguefio paſſiue.

Pingo gis. xi. ctum. Pingere eſt formam alicuius rei ductis lineis reꝑſentare. Hinc pictor q̄ pinxit: et pictura ars pingẽdi: in qua ſuperiorib⁹ tẽporib⁹ floruere ȝeuſis. Paraſius. Apelles viri cãtatiſſimi. Hac vero tempeſtate Andreas mantinea patauinus mãtuani principis aulicus vir in omni virtutum genere preſtãtiſſimus dignus certe: qui a poetis ⁊ a ceteris ſcriptorib⁹ celebret̃: cũ nulli vel integritate: vel pingendi arte ſit ſecundus: huic accedunt Ioannes belius Uenetus: Leonard⁹: Florentin⁹: et Uincẽtius Brixianus excellentiſſimo ingenio hoies: vt qui cuȝ omni antiquitate de pictura poſſint cõtendere. Per tranſlationẽ pingere ponitur pro imaginari. Hiero. ad Dama. Quod erã voce promptur⁹ añ mihi cogitatiõe pingebã. Hui⁹ v̄bi cõpoſita ſũt Depingo q̄d eſt pingendo deſcribo/denuncio/demonſtro. Lactã. lib. iiij. Cũ eñ quidã miniſtrorũ nr̃orũ ſacrificãtibus dęmonijs aſſiſterent impoſito frontibus ſigno deos illoꝝ fugauerũt ne poſſent in viſcerib⁹ hoſtiarũ futura depingere. i. denũciare. Idem lib. v. Quid vobis inanem iuſticiã depingitis et optatis cadere de cęlo tanq̄ȝ in aliq̄ ſimulachro figuratã. i. fabricat?. Hier. ad pau. Tito p̄cipit vt inter alias virtutes epiſcopi quẽ breui ſermõe depinxit. i. deſcripſit. Ter. in phor. Probe horũ facta imprudens depinxit. i. elocutus eſt. Expingo ſicut pingo. Pli. Iam v̄o et onerarijs nauibus qm̃ ⁊ pericula expingimus ne quis miret̃ ⁊ rogos pingi. Compingo ⁊ impingo: vide alibi.

Pinſo is. ſui. piſtum vel pinſitũ pila tundo: vel molis frango. Col. li. ij. Panicũ pinſitũ ⁊ euolutũ furfure ſed milium q̄q; pultẽ q̄uis in copia maxime cũ lacte non faſtidiendã p̄bet. Pomp. Cũ neq; molis molui neq; palmis pinſui: vñ piſtor: nã ante molarũ vſum frumenta in pilis pinſebant. Uar. Nec pinſorẽ vllu non noſcent niſi eũ qui in piſtrino pinſeret farinam: Perſi. O Iane a tergo quẽ nulla ciconia pinſit.

Pinſo as. in eodem ſenſu. Uar. lib. j. rerũ ru. Promendo diem vt in piſtrino pinſetur ac torreatur. i. tundatur vel frangatur.

Pinſito as. frequentatiuũ a pinſo is. Plau. in aſi. Qui polentã pinſitãt. i. contundũt.

Pindo is. pindi pinſum. Idem q̄d pinſo. Unde pinſor qui nũc piſtor dicit̃: nam erat vtriuſq; rei artifex/hoc eſt qui frumenta pinſebat: et qui panes coquebat.

Piſtor a pinſo is. qui frumẽta in pilis pinſit. Nũc autẽ dicitur qui panem coquit ſeu facit. Plini. lib. xviij. Piſtores romę non fuerunt ad perſicum vſq; bellũ annis ab vrbe condita ſuper quingentos octaginta. Suet. in Ceſ. Domeſticam diſciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo ſeuereq; rexit: vt piſtorem aliũ q̄ȝ ſibi panem conuiuis ſubijcientẽ cõpedibus vinxerit. Uar. in ſaty. de edulijs. Si q̄ȝtum

opere ſumpſiſti: vt tuus piſtor bonū faceret panem. Atteius capito. Piſtores tm̄ eos qui far pinſebant nominatos eſſe tradit. eoſqꝫ coquere ſolitos panem toſtū lautioribus. Piſtorē et coquū apud antiquos eoſdem fuiſſe accepimus. Piſtorem etiā habebant in numero ſeruorū. Unde ait Jurecon. Si quis ſeruos habuerit ꝓprios: ſed quorꝫ operas locabat: vel piſtoricas vel hiſtrionicas ſeruorū appellatione hos legaſſe videtur.

Piſtrix mulier que panē coquit. Et piſtrix belua.

Piſtris is. nauis. Uirg. lib. v. Uelocem Mneſtheus agit acri remige piſtrin. Piſtis ꝓo latine fides.

Piſtura ars pinſendi. Pli. lib. xviij. Piſtura non oīm facilis quippe et ethruria ſpicam farris toſti pinſente pilo preferrato.

Piſtorius a. um. quod ad piſtorem pertinet: vt ars piſtoria. Idem in eodē. Ad operis piſtorij genera tranſeunte cura. Hiero. in Gñ. Omnes cibos qui fiunt arte piſtoria.

Piſtoricus a. um. idem qꝺ piſtorius. Unde Juriſconſultus operas piſtoricas dixit.

Piſtrinū et piſtrina ę. pe. pro. locus in quo pinſitur et panis fit. Quandoqꝫ etiam capitur ꝓ laborioſo ſeruitio. Tractum a ſeruis: qui ob noxam a dominis in piſtrinū trudunt̄. Proprie Sue. in Augu. Et modo vnguentariam tabernam: modo piſtrinum aricie exercuiſſe obijcit. Pli. lib. xviij. piſtrina feminino genere vtit̄. E ſiligine inquit laudatiſſimus panis: piſtrinarumqꝫ opera laudatiſſima.

Piſtrilla ę. dimi. a piſtrino ſm̄ Priſci. Nā diminutiua quādoqꝫ diuerſa ſunt a genere nominū prime poſitionis: ſicut a ſcuto ſcutella. At Dona. a priſtina deducit: et ſumit̄ pro molēdino a manibus. Terē. Apud ipſum lacum eſt piſtrilla.

Piſtrinenſis ⁊ hoc piſtrinenſe quod ad piſtrinū ꝑtinet Apu. in aſinū reformatus molas piſtrinēſes ꝑ circuitus multiuios circūegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit perſcribens q̄les eſſent miniſtri in piſtrinenſi contubernio.

Piſtillū ſine r. inſtrumentū quo in mortario lapideo: ⁊ maxime Thebaico plūbeo piſtillo terere moliunt̄.

Piones populi in myſia aſię: q̄ ſupra caicum amnē ſita eſt ab vrbe dicti quā pionis ꝯditor pionias vocauit.

Pipiones columborū pulli: vt apud Lampridium in alexandri vita.

Pipare dicunt̄ gallinę cū vocem emittunt. ſ. cū faciunt pipi. Uar. in aboriginibus. Mugit bos: ouis balat: equi hinniunt: gallina pipat.

Pipio is. ꝓpriū eſt vocis pullorū. Colu. lib. ix. Die vndeuiceſimo aīaduertat an pulli roſtellis oua percuterint et auſcultet ſi pipiant. Sūt etiā qui hoc verbū paſſeribus tribuant: vt in carmine qꝺ Ouidio aſcribitur. Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.

Piper nomen arboris quod eſt barbarū. Per. Rugoſumqꝫ piper. Dicit̄ et piperi inuariabile: ſicut gūmi: nauci: mancipi.

Piperatū vinū dicit̄ qꝺ pipere ⁊ melle conditū eſt.

Piperites pe. pro. herba q̄ et ſiliquaſtrū d̄r caule rubro ⁊ longo denſis geniculis folijs lauri guſtu piperis.

Pipulum cōuiciū. Plaut. Ita me bene amet lauerna te iam niſi reddi mihi vaſa iubes pipulo hic differā ante edes.

Pirata nomen latronis: qui primus mare infeſtauit: a quo oēs ſpoliatores ⁊ predones pirate dicti ſunt: alij piratā a περάω trāſeo deducūt: quia. ſ. ex trāſuerſo ſimul ac pirate viderent inſulā in eā trāſeūdo mare impetū faciētes illā depredabant̄: vl̄ ꝙ pirate ſemꝑ maria ꝑmeant: pirata grece latine predo: et piraticā facere dicunt̄ predones.

Piraterium habitaculū piratarū eſt: vt ſcribit Amb. de hoſtibus carnalibus nō metuendis: qui etiā ſubdit. Tam diu in piraterio ſumus: qꝫ diu in hac carne poſiti predonū ſpiritualiū tentationibus ſubiacemus.

Piſa ciuitas in ſummo mont̄ vertice ꝯdita inter oſſam ⁊ olympū: iuxta quā Ioui ſacra dicta olympia celebrabant̄. Eſt ⁊ hoc noīe oppidū archadię ꝓpe alpheū amnē: a qua hij q̄ piſas in italia cōdiderūt venere: dictū a ciuitate priſtina. vn̄ Uir. lib. x. Alpheę ab origine piſę Urbs ethruſca ſolo. Hinc piſeus a. um.

Piſſa grece latine pix. Un̄ piſeleon oleū qꝺ ex pice fit.

Piſę arum. ciuitas thuſcię a qua piſani dicunt̄ qui ex ea originē ducunt: de hac Luca. Hinc tyrrhena vado frangentes equora piſe.

Piſum genus leguminis: cuiꝰ caules ſpargunt̄ in terrā niſi habeant adminicula. Col. lib. ij. Similis quoqꝫ ratio eſt piſi quod tum facilem ⁊ ſolutā terrā deſiderat. Hinc piſones.

Piſones appellati ſunt quidā Romani nobiles ꝙ optime piſa ſererent: ſicut a lente lentuli.

Piſaurus fluuiꝰ piceni: a quo piſaurū ciuitas ei ſuperpoſita noīata eſt. Seruius ꝓo ſcribit piſaurū dictū: ꝙ illic aurū penſatū ſit. Nā cū camillus gallos interemiſſet: aurumqꝫ qꝺ galli a romanis acceperāt pro capitolio nō euerſo recepiſſet: et ſigna ciuitati appendiſſet ciuitati nomē dedit.

Piſide fuerūt populi in aſia minori quondā ſolimi appellati: vt Pli. lib. v. refert.

Piſiſtratus nomē ꝓpriū viri. Quo nomine dictus fuit Hippocratis filius athenarū tyranni cui ob ſummā eloquētiā athenienſes ſe ⁊ libertatē ſummiſere: quo tēpore Romę. Ser. Tul. regnabat: Quis ſolon ipſe quoqꝫ ſummus orator ꝓ libertate ſtaret. Idē p̄mus apud athenas bibliothecā inſtituit.

Piſcis: qui in aquis degit: piſces ꝓ ſigno cęleſti tantū pluraliter declinat̄. Col. lib. xij. Quintodecimo calēdas martij ſol in piſces tranſitū facit. A piſcis fit diminutiuū piſciculus.

Piſcari ē piſces venari: ex quo fit compoſitū expiſcor: de quo alibi.

Piſcatus us. ipſa piſcatio ⁊ actus piſcādi. Pli. Quos venatus aucupia piſcatuſqꝫ alebāt. Plau. in ru. Piſcatū hamatilē ſaxatilēqꝫ aggredimur.

Piſcatorius a. um. quod ad piſcatorem pertinet: vt nauis piſcatoria: et ludi piſcatorij qui fiebant pro queſtu piſcantium.

Piſcarius a. um. idem quod piſcatorius: vt hamus piſcarius. Plautus. in ſti. Arundinē fert ſportulāqꝫ et hamū piſcarium.

Piſcarius qui piſces vendit. Uar. Inter piſcarios nemo vendebat. Idē d̄r cetarius: Quis cetarij potius ſint qui magnos ⁊ ſalſos piſces vendūt.

Piſcaria ę. locus vbi piſces venduntur. Uar. Nullus in piſcaria piſcis erat.

Piſcoſus a. um. locus in quo piſcari facile eſt. Ouid. lib. iij. met. Eſt ꝓpe piſcoſos lapidoſi orathidis amnes. Aliqñ piſcoſus d̄r piſcibus plenus.

Piſculentus locus vbi multi piſces morant̄: et in quo eſt facile piſcari. Ca. Fluuiū magnū pulchrū piſculētū. Plau. in ru. Qui ſalſis locis incolit piſculentis.

Piſcinalis et hoc le. qꝺ eſt piſcis: vel qꝺ ad piſces pertinet. Un̄ apud Palladiū piſcinales cellę legit̄.

Piſcina locus et ſtagna ab initio dicta ſunt: in quibus viui piſces coercentur. Uar. lib. iij. de re ruſt. Piſcinas voco eas que in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad villā. Mar. Piſcina rhombū paſcit ⁊ lupos vernas. Hę viuaria quoqꝫ vocant̄. Sꝫ qm̄ in piſcinis natare etiā ſolebāt inualuit cōſuetudo: vt omnes in hunc vſum collecte aquę: ſiue frigide: ſiue calide piſcinę dicant̄. Uidēturqꝫ a piſcibꝰ dici: Quis in his nihil piſcium ſit: ſed forte piſcinę dictę ſunt in balneis ꝙ hoīes piſcibꝰ ſimiles natando fiant. Cice.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Latioꝛē inquit piſcinā voluiſſem vbi iactata bꝛachia nō offenderent. Pli. Si natare latius aut tepidius velis in area piſcina eſt pꝛoximo puteus: ex q̃ poſſis rurſus aſtringi. Quinetiā vaſa lignea amplioꝛa ad tenēdū aquā piſcinę vocant. Pli. Decoquit in aqua ⁊ in piſcinas ligneas fundit. Eadē generali vocabulo ⁊ natationes appellantur.

Piſcinarius qui piſcinas piſcibꝰ refertas habet. vnde Cice. Lucullū et hoꝛtenſium piſcinarios appellat.

Piſtoꝛia ciuitas quā Ptol. ponit inter mediterraneas thuſcię ciuitates. Eſt eīm inter floꝛentiam et lucam a qua piſtoꝛienſes.

Piſtis grece latine: fides Piſtoo fidem accipio ⁊ do.

Pitaciū particula coꝛij: qua aliquid repetiat. Hiero. in Ioſue. Calciamēta perantiqua: q̃ ad indiciū vetuſtatis pitacijs ꝯſuta erant. Quãq; accipit pꝛo bꝛeui epiſtola. Quãq; pꝛo ſchedula de mēbꝛana exciſa.

Pitacus pe. coꝛ. phus mityleneus: hic ex leſbo tyrannum melancrū depulit et certātibus athenienſibus atq; mityleneis dux in bello factus phꝛynonē atheniensium ducem ſingulari certamine interfecit vnus ex ſapientibus fuit.

Pitane ſiue pitana vꝛbs eolica q̃ poꝛtus duos habuit. Ab hac pitanei et pitanite nominant: et vbi archeſilaus academicus natus eſt: qui cū zenone apud polemonem didicit. Fama eſt apud pitanā lateres inuentos eſſe qui ſuper aquas innatarent: quod ⁊ de alijs locis traditū eſt.

Pitheci ſunt ſimij πιθηκοσ: pithecos eīm ſimia dicit: a quibus inſulę vbi eoꝛū eſt maxima copia pithacinę ſiue pithacuſę dictę ſunt.

Pithacuſe inſulę in mari tuſco cōtra campaniā a pithecis ſimijs: vt auctoꝛ eſt Stra. dictę ſunt. Plini. vero a figlinis doliarioꝝ quę ibi ex creta fiebāt. Dolia eīm greci πιθοι ſimias pithecon vocant. In harū ſummitate oppidū fuit: qđ plurali nūero pithecuſe dicebat. Ouid. Sterilīq; locatas colle pithecuſas habitantū noīe dictas.

Pitiſſo as. parum vini paulatim: ⁊ q̃ſi tentandi gratia guſto. Terē. Pitiſſando modo mihi q̇d vini abſumpſit dicens hoc aſperū pater: hoc eſt alterū lenius.

Pityocampe: vermes e pinu arboꝛe naſcentes moꝛſu venenato nec diſſimili a bupꝛeſtis moꝛſu. Pli. Uſus ſepe contra cantharidas bupꝛeſtim pinoꝛū: q̄s pityocampas vocant grece πιτυοκαμπαι.

Poligolaton: herba ſine folijs/aſparagi caulę ĩ cacumi
ne aculeũ habens.

Polygenneton: quaſi multoꝝ generum.

Polygonius: multoꝝ anguloꝝ. Polygonũ pe. ꝓ. her/
ba a geniculoꝝ multitudine: quã nos ſanguinariã vo
cam°: folijs rutę et gramini ſilis. Succus ei° infuſus
narib° ſupprimit ſanguinẽ. Col'. lib. vij. Sanguinalis
herba: quã gręci poligona appellãt. Hoc nomen vete
res vſurparũt ꝓ fęcũdo.

Polylog° pe. cor. multiloqu°: polylogia: multiloquiũ.

Polyonemõ: q̃ſi multaꝝ tibiaꝝ herba/cunilę ſilis ſemi
ne pulegij ſurculoſa multis geniculis.

Polymedia: troadis oppidũ helleſpõto adiacens.

Polymnia ſeu polymneia: naꝫ πολυμνεια ασ a gre
cis ſcribitur: ſed latini polymnia dicunt penul'. corre.
Hor. lib. j. Carmi. diuiſit diphthongum. Euterpe co
hibet nec polymneia: vbi etiam y ſequentib° m et n:
more gręco corripitur. Fuit vna ex muſis ſic dicta: qꝛ
tantum ſuauitate poetas reddit gl̃ia immortales: ab
πολυ multũ: μνεια memoria. Unde ꝛ ꝑeiſe rheto/
ribus dicit̃: quib° opus eſt multa memoria. Sũt qui
a πολυ et hymnos deducũt: qꝺ eſt laudatio: qꝛ lau/
dationib° ꝑſit: et ſcribũt polyhymnia: vt apud Oui.
lib. v. Faſt. Diſſenſere deę quaꝝ polyhymnia cępit.

Polymitus ta. tum. pe. cor. a poly ꝛ μιτοσ filũ: quod
nos liciũ dicim°/a licioꝝ multiplici varietate. Uñ ve
ſtis polymita: q̃ multis licijs ꝯtexta eſt: ſicut Mono
mita dicunt̃/q̃ vno licio ꝯſtãt: Dimita q̃ duob°: Tri/
mita q̃ trib°. Pli. Plurimis ꝟo licijs texere q̃ poly/
mita appellãt Alexãdria inſtituit. Hinc polymitari°
a. um. vt Opus polymitariũ: qꝺ et plumariũ dicit̃:
Qñquidẽ Hiero. plumarios ꝛ polymitarios artifi/
ces ꝓ eodẽ fere poſuit. Polymitarij em̃ dicunt̃/q̃ ar/
tem polymitariã exercent.

Polymyxos: lucerna q̃ mltos habet angulos: et in his
funiculos illuſtrãdis cõuiuijs accõmodata. Marc.
Jlluſtrẽ cũ tota meis conuiuia flãmis: Totqꝫ gerã
myxos vna lucerna vocor.

Polymorphus: multiformis: μορφη em̃ forma.

Polypharmac° pe. cor. venenis vl' medicinis abũdãs.

Polyphem° pe. ꝓ. Cyclops neptuni fili° ex Thoa phor
ci filia/ingẽti corpe: qui vnũ tm̃ oculũ in frõte habuit.
Quo noĩe garrulus illuſtris ſignificatur.

Poliphagus pe. corre. qui multũ comedit: ꝛ latine dici
põt manduco. Eſt ꝛ multi cibi capaciſſim°: ſicut Pã
phagi ꝓpl'i cuncta comedentes.

Polypodiuꝫ herba: dicta ſiue: ꝙ radix ei° veluti cirros
ad ſilitudinẽ polypi piſcis habeat: ſiue ꝙ farina eius
indita narib° polypũ ꝯſumit. Hãc herbã noſtri filicu
lã nominãt: ſilis eſt em̃ filici piloſa radix.

Polypus pe. cor. gtĩ facit polypi et polypodis: piſcis
eſt ex molliũ genere/a multis pedibus appellatus: ex
poly et πουσ pes: quaſi multipes. Unde a nonnull'
octopes dicit̃. Hui° piſcis ingeniũ (ſicut ſcribit Am
bro. lib. Hexa.) fraudulentũ eſt: qui vadoſo in littore
petrã nactus affigit̃ ei: atqꝫ ei° nebuloſo ingenio co/
lorẽ ſubit/ꝙ ſili ſpecie terga obduct°: plurimos piſci
um ſine vlla ſuſpicione fraudis allapſos: dũ nota nõ
ꝑcauẽt/ꝛ ſaxũ opinant̃: caſſib° furtiuę artis includit: ꝛ
ſinu quodã ſuę carnis ĩtercipit. Et a polypo piſce di/
ctus eſt poplypus nariũ morb°: cũ caro interiora na
ſi occupat intumeſcens: maxime flante Euro: a ſilitu/
dine marini polypi/ꝙ eius carni ſilis ſit. Tunc enim
caro radices agit plurimas/quę tanqꝫ pedes ſũt. Ca/
to de re ru. Et ſi polypus in naſo introierit: braſſicã/
erraticam/aridam/ tritam: in malum conijcito: et ad
naſum admoueto. Hinc polypoſus: qui eo morbo la
borat. Mar. Naſutum volo/nõ polypoſum. Ma/
gnus ꝟo Baſilius: ωσπεϱ φασι τον πολυποδα
την χροαν προσ την υποκειμενην γην ου/
τοσ αυτοσ την διανοιαν προσ τασ των συνον
των γνωμασ μεταβαλειται.

Polyptoton pe. ꝓdu. quod multiplicē habet caſum: ex πολυ quod eſt multiplex/ et πτωσισ caſus. Figura qua diuerſis caſib⁹ ſentētia variat̄: vt Ex nihilo nihil in nihilū nil poſſe reuerti.

Polypiron: ꝑ y pſilon: ſignificat multi frumenti.

Polypoetes Perithoi ⁊ hyppodames filius.

Polyſyndeton pe. corre. ab πολυ multus: σύνδεσμοσ coniunctum: quaſi multipliciter coniunctū. Figura cū ſermo multis cōiunctionibus concathenat̄. Virg. Tectūq; laremq; Armaq; amycleūq; canem creſſamq; pharetram.

Polyſyntheton penul. corre. figura cum ſententię multorum articuloꝝ conuenienti copia continent̄: vt Ille hunc pęna conſtrictū trahebat: hic autem vociferabatur: concurſus ꝟo non mediocris erat/ cum tamen omnes opitulari vellent/ ſed nemo auderet: neq; ibi magiſtratus aderat: nec circūſpicientes quo potiſſimū confugeremus reperiebamus.

Polytrichon: quod multitudinem capilloꝝ faciat: τριχεσ eīn capilli dicunt̄: vulgo capilli veneris vocantur/ ꝙ multa habeant capillamenta. Appellat̄ et a quibuſdā polythrix et calithrix. Pli. Polythrix in vino data morbo regio medetur.

Polytropus pe. cor. multimodis prudens.

Polites pe. ꝓ. alter Priami filius ex Hecuba.

Polyxena pe. corre. ꝑami filia. Oui. Placet achilleos mactata polyxena manes. Grece dicit̄ multoꝝ pegrina: ſeu ꝙ amor pegrinari faciat mētes ab igenio ſuo: ſeu ꝙ apud m'tos libido vt peregrinabūda vaget̄.

Pomerium quidam ſcribunt cum ę diphthon. et compoſitum volunt a poſt: quaſi poſt meriū: hoc eſt murum: Nam merus murus dicitur. Virgilius libro. x. Atq; ipſis ꝗlia miſcent aggeribus merorum: vt pomerium tam intra ꝗ̄ extra murum dicatur. Quidam nō a poſt ſed a pone ꝑpoſitione: aut a pro cōponi exiſtimant: vt ſit terrenū quod circa męnia in orbem eorū cū ędificio intrinſecus ⁊ omni cultu extrinſecus vacuū ſinebatur. Unde Liu. libro. j. Aggere et foſſis ⁊ muro circūdat vrbem/ pomerium ꝓfert. Idem. Pomerium eſt circa murum locus: quem in condendis vrbibus quondā Etruſci qua murum ducturi erant: certis circa terminis inaurigato cōſecrabant. Et hoc ſpacium quod neq; habitari neq; arari fas erat: non magis ꝙ poſt murū eſſet/ ꝗ̄ ꝙ murus poſt id pomeriū romani appellauerunt: et in vrbis incremēto quātum męnia ꝓceſſura erant: tantū termini hi conſecrati ꝓferebantur. Feſtus. Pomerium/ quaſi ꝓmurū: id eſt ꝓximū muro.

Pomeredianus a. um. a poſt ⁊ meridie: quod poſt meridiem fit. Aug⁹ lib. viij. Cōfeſſ. Cū impator pomeridiano circenſiū ſpectaculo teneret̄: exiſſe deambulatū i hortos cōtiguos. Dicit̄ et poſtmeridian⁹. Quintil. lib. iij. Poſtmeridianis ſchol' Ariſtoteles ꝑcipere artem oratoriā cępit. Sic dicit̄ Antemeridian⁹. Auguſt. lib. ij Acad. Quod cū factū eſſet: ⁊ in eo pene totū antemeridianū tp̄s conſumptū videremus: redire domū inſtituimus.

Pomiliones ⁊ pomilij nani: id eſt homines pue ſtaturę paulū ſupra terram extantes. Habent quādoq; mēbra enormia: qualē Mar. deſcribit i illo diſticho/ cui nomē eſt pomili⁹. Si tm̄ ſpectes hominis caput: hectora credas. Si ſtantem videas aſtyanacta putes. Scribit̄ etiā a nōnull' ꝑ u pumiliones. Col. ſcribit pumiles aues: niſi quē humilitas eaꝝ delectat nō ꝓbo. Huius femininū eſt pomilia.

Pompa: omne ſpectaculū ⁊ apparatus ſolēnis cū oſtentatione et ſpecie quadā triumphi: tā in aduerſis ꝗ̄ in ꝓſperis/ ⁊ letis: a greco πεμπω mitto. Dicit̄ eīn pōpa nuptiaꝝ/ pompa ſacroꝝ/ pompa funeꝝ. Cic. Sed iā e pompa in verā aciē deſcēdamus. Significat etiam longā incedentiū ordinē in ſupplicatiōe: quā nos hodie ꝓceſſionē appellamus.

Pomū generale nomen eſt omniū fructuū q̄ ex arboribus eſui apti ꝓueniunt: ſiue molliū/ ſiue duroꝝ. Nuces ꝟo ea dumtaxat poma vocant̄ q̄ duro operimento ſunt. Dictū pomū (vt docet Var.) q̄ſi potomuz: ꝙ in ei⁹ inſitione potu. i. aquatione indiget. Nā illi ꝑ ſiccitatē aquā addi op⁹/ vt ſtabilis matureſcāt: ſiue ꝙ vicem potus in cibis ꝑbeat.

Pomariū: locus arboribus pomiferis conſitus: quod latini etiā Viridariū appellāt/ gręci paradiſum. Proper. Nec mea pheaces ęquāt pomaria ſiluas. Oui. lib. iiij. Metam. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat athlas Męnib⁹. Aliq̄n pomariū dicit̄ loc⁹ vbi reponūtur poma. Unde Pli. docet pomaria contabulari in loco ſicco ⁊ frigido: in quib⁹ ſint feneſtrę ſeptētrionales: quę ſerenis diebus pateſcant. Hinc cōſtat falſū eſſe quod a Ludimagiſtris docet̄. Pometū pomos/ pomaria poma reſeruāt.

Pomona: pomoꝝ dea: ſicut Bellona bell' dea.

Pomponi⁹: nomē hiſtorici/ q̄ de ſitu orbis ſcp̄ſit. Fuit ⁊ ali⁹ vir roman⁹ Attic⁹ cognoīatus: ad quē Cice. ep'las ſcp̄ſit. Pomponia: nomē matris Scipionis.

Pōdus dicit̄ quod graue eſt: vt in euangelio. Nos qui portauim⁹ pōdus diei ⁊ ęſt⁹. Itē pōdus quod librando ad ſtateram ponderat̄. Hiero. in lib. Regū. Pōderabat capillos ducētis ſiclis pōdere publico. Interduz ponit̄ ꝓ numero/ hoc eſt multitudine. Var. E gręcia cōportaſſe magnū pōdus omniū artificū. Interdū ꝓ auctoritate. Cice. Appio. Sed idē ſcribit meas litteras maximū apud te pōdus habituras. Hinc pōderoſus a. um. qđ eſt graue.

Pondero as. libro. Plau. Dū nūmulari⁹ pōderaret argentū. Aliquando ſignificat quod vernacula lingua dicimus: Vendre an pois: vt in lib. ij. Regū. Semel in anno tōdebat̄: quia grauabat eū ceſaries: pōderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pōdere publico. Per trāſlationē pōderare eſt examinare/ conſiderare. Lactā. lib. iij. Mors ex ꝑteritis vitę actib⁹ ponderāda eſt. Hinc componit̄ ꝑpōdero: qđ eſt ꝓ̄us pōdero/ ſeu ꝓ̄us examino. Cice. lib. iij. offi. Neq; ea voluit ꝑpōderari honeſtate.

Pondo indeclinabile ⁊ generis omnis: ⁊ modo ꝓ libra ponitur: Nā pōdo ⁊ librā idem fuiſſe Feſtus innuit: cū inquit. Duo aſſes ſinguli libram et pondo efficiebāt. Modo ſignificat pōdus. xij. librarū. Liui⁹. Argenti pondo bina et ſex libras in militē ꝑſtaret. Nō ponitur ꝓ hoc nomine pōdus. Hieron. lib. Nu. Fueruntq; in ea acetabulum argenteū pondo centum triginta ſicloꝝ. Et apud Liuiū ſcribitur: coronā aureaz librę pondo Ioui dicatā fuiſſe. Nec caret ſingulari/ vt quidā exiſtimāt: cum Col. dicat: pondo librā ⁊ quadratā abijci oportere. Pondo igitur ita duodecim libras continet/ ſicut Aſſis duodecim vncias. Et dicimus Duapōdo et Trepundo. Quintil. lib. j. teſtat̄. Ab his Dipōdiū/ Tripōdiū ⁊ Aſſipōdiū ꝓ vnū pōdo/ ꝙ id erat librę pōdus.

Pono is. poſui et poſiui/ poſitū. Plau. in Vitu. Nunc vt apud ſequeſtrū vitulū poſiuimus. Eſt autez ponere: collocare/ cōſtituere. Virgili⁹ lib. j. Eñ. Urbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis. Cice. Primū eīn ſtāte rep. facere ſolebamus: vt in agendo plus ꝗ̄ in ſcribendo ope poneremus. Aliquādo deſinere: quoniā cuz ceſſamus ab ope collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. Virgil. libro vij. Cum venti poſuere omniſq; repente Reſedit flatus. Aliq̄n erigere/ ędificare. Idē. Poſuitq; immania templa. Unde in antiquis marmoribus legit̄. Bene merenti poſuit. Aliq̄n deponere. Idē. Ponūtq; ferocia pęni Corda volētę deo. Aliquando appo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſere. Mar. Nolo mihi ponas rhombū mullū ve bi/
librē. Hinc poetę fabulas ⁊ ſcꝑta ſua ponere dicebā/
tur: ꝙ in ſcęna hęc ſpectatoribus quaſi i ꝯuiuio appo
nebāt. Juue. Pone tigillinum: id eſt affer in ſcenam
aliquid de tigillino ſcꝑtū. Aliquādo pingere. Hora.
Solers nunc homnem ponere/nūc deum: Nam de
ſculptore et pictore loqtur: Huius verbi compoſita
ſunt: Appono: qđ eſt aliqđ antepono. Plini. Nihil ei
ꝑter ſecundariū panem oleraq; appoſuit. Interdū ſb/
iūgo. Vñ appoſitum dicit̄ caſus q̄ verbo ſubiūgitur.
Item Apponere: eſt iuxta vel ad aliquid ponere. Ci/
ce. lib. ij. artis vete. Gladium ꝓpe appoſitū e vagina
eduxit: ⁊ illum alteꝝ occidit. Antepono: ꝑfero. Com
pono/circumpono: vt in euāge. Circumponētq; cala
mo. Depono: diſpono: ordino: quaſi i diuerſis locis
pono. Hiero. in lib. Reg. Audiuit famā ſeruꝰ tuꝰ: ꝙ
diſponat Saul venire in Ceilā. Hinc Diſpoſitio: q̄
eſt reꝝ in ordinē collocatio. Diſpoſitū: decretū/cōſti/
tutū. Unde ex diſpoſito dicimꝰ: id eſt de induſtria/ et
quēadmodū a nobis cōſtitutū eſt. Macro. An altiꝰ
q̄ddā cui remotis arbitris opus ſit/cogitaturi ex diſ/
poſito cōueniſtis. Expono/impono. Poſtpono: qua/
ſi retropono. Cice. Tironi. Oia poſtpoſui dūmodo
ꝓceptis patris parerē. Repono: ſepono: ſeorſū po/
no/remoueo. Suppono/ſūmitto. Apul. Suppoſuitq;
humeros oneri. Aliquādo ſignificat adulterinū loco
veri ſubūcio: a quo Suppoſitus partꝰ dicit̄: qñ fetꝰ al/
teriꝰ matris nō verę matri ſubūcit̄. Pli. Nā filius pa
tris teſtamētū ſuppoſuiſſe dicebat̄. Suppono et ſup/
pono: vt in Eu. Et lapis ſuppoſitus erat ei. Trāſpo/
no: vltra pono. Et oia habēt pe. ꝓdu.

Poſitio: eſt quā greci vocāt θεσιν.

Poſitꝰ us. idē qđ poſitio ſiue ſitus. Ouid. in Faſt. Ter
ra tribus ſcopulis vaſtū ꝓcurrit in ęquor. Trinacris
a poſitu nomē adepta loci.

Poſitiuꝰ a. um. qđ p̄mo poſitū eſt/nec aliūde deriuatū:
a quo grāmatici poſitiuū a cōꝑatiuo ⁊ ſuꝑlatiuo diſti
guūt: ꝙ illud ſit quaſi fundamentū iſtoꝝ

Poſitura: nota qua ſenſus in orōne diſtinguit̄. Itē dicit̄
ſitus ſiue poſitio. Gel. Ut animaduerteret̄ q̄ habi/
tu/quaq; forma/q̄q; poſitura ſtellarū aliq̄s naſceret̄.
Sic ſyllabā dicimꝰ eſſe longā poſitura.

Pone: qñ grauē accētū habet/ꝑpoſitio vel aduerbiū ē:
⁊ ſignificat ꝓpe vel poſt. Virg. Pone ſubit cōiūx: fe/
rimur ꝑ opaca locoꝝ. Ual. max. li. j. Mox hūani ige
nij ꝓna volūtate vetita ſcrutādi pone reſpiciēs aiad/
uertit imenſę magnitudinis ſerpentē ꝯcitato impetu
omne quicq̄d obuiū fuerat ꝓterentē.

Pōs: a pēdeo: ꝙ veluti i aere pēdeat. Et ſignificat oīe
ꝑ qđ ſuꝑ aquas trāſimꝰ. Unde et ꝓ ſcala nauiū q̄uq;
ponit̄. Virgil. Interea ęneas ſocios de pupibꝰ altis
Pōtibus exponit. Hinc Depōtanꝰ. Vñ ſenes depō
tanos appellatos eſſe legimꝰ a pōtis deiectiōe: hoc eſt
ferēdi ꝑ pōtes ſuffragij ademptione.

Pōticulus dimi. puꝰ pōs. Cice. lib. v. Tuſ. Et cū foſſam
latā cubiculari lecto circūdediſſet: eiuſq; foſſę trāſitū
pōticulo ligneo cōiunxiſſet.

Pōtones: naues quibꝰ in traijciendis amnibus loco pō
tiū vtimur. Papinianus. Quia via cōfirmari ſolet vel
ciuitate tenus/vel vſq; ad viā publicā/vel vſq; ad flu
mē in quo pōtonibꝰ traijciat̄. Apul. Et ſi vado nō po
terūt/pōtonibus trāſibant.

Pontifex: ſacer magiſtratꝰ (vt inquit Sceuola) a poſſe
et facere dictus. Uel (vt inquit Uar.) a ponte: quia
ſublicius pons a pontificibus factus eſt primū/et re/
ſtitutus ſępe. Erāt autē maiores et minores pontifi/
ces: inter quos ſummus/qui pontifex maximus dictꝰ
eſt/ ꝙ maximarum rerum quę ad ſacra et religionem
ꝑtinēt iudex: ſit ⁊ vindex cōtumacię ꝓuatoꝝ magiſtra
tuū. Numa eū pontificem fecit: eiq; ſacra oīa attri
buit: eiuſq; ſcitis ſacra omnia ꝓuata ⁊ publica ſubie/
cit: inſtituitq; vt idem pōtifex nō cęleſtes modo ceri/
monias/ſed iuſta quoq; funebria placādoſq; manes
edoceret. Auctor Liuius.

Pōtificatꝰ us. pōtificis dignitas/ſicut cōſulatus.

Pōtificius a. um. qđ eſt pōtificis: vt Jus pontificiū: qđ
ius canonicum dicitur.

Pōtificalis ⁊ hoc le. qđ ad pontificē ꝑtinet. Vñ pontifi
cales libri: in q̄bus ſacrę cerimonię cōtinent̄.

Pontus generis maſculini: Nerei filius et Neptuni:
vt Euſebius libro p̄mo ꝑparati. ſcribit. Unde pon/
tus mare dici videt̄. Alij pontum dici exiſtimant ma
re: a πονΤιζω quod ēmergo. Uel a πορος qui eſt
labor: q2 ſit laboribus plenus. Ridicule ꝑ contrariū
dici arbitrātur ꝙ careat ponte. Proprie autē id ma/
re pontus appelletur/quod a palude Meotidis vſq;
in Tenedū ꝓtendit̄. Pōtus fęminini generis: inſula
eſt de qua Uirgilius. Viroſaq; pōtus caſtorea. Eſt ⁊
ꝓuincia Aſię minoris/a Ponte rege ſic cognomina
ta/nobilis crudelitate Medeę. Hęc (vt Str. refert)
ab occidēte haly flumine claudit̄: ab oriente Colchi/
de A meridie minori armenia. Ptole. ꝓo aliter lib.
v. Ait eī: ab occaſu ore pōti ⁊ thracio boſphoro. A
meridie regiōe: que ꝓprie Aſia dicit̄. A ſeptentrione
ꝑte Euxini maris terminat̄. Eius ciuitates ſunt Cal/
cedon/ Nicomedia/ Nicea. Hic regnauit Mithri
dates/Eupator et Pythodoris regina. Ex pōto fuit
Aquila veteris teſtamenti trāſlator et interpres. Et
Marcion hęreſiarches: qui ꝗuis chriſtianus videri
vellet: aliū tamē creatorē omniū reruꝫ eſſe dicebat q̄
chriſti patrē/illumq; maiorē aiebat. Hinc ponticꝰ a.
um. Hiero. cōtra Joui. Cōpelle phrygē et ponticū:
vt locuſtas comedat/nefas putabit.

Pōtina palus: volſcoꝝ palus iuxta foꝝ Apij haud lōge
a Tarracina: diſtatq; ab vrbe. xx. paſſuū milibꝰ: de q̄
Luc. li. iij. Et q̄ pōtinas via diuidit vda paludes.

Pontia: inſula nō longe a Palmaria in ſinu Caietano:
in qua turtures ac coturnices cum ad Italiā veniūt:
prima volatura requieſcendi cauſa paucos dies mo
rant̄: Auctor Uar. Eſt etiā Pontia vrbs ad quā pō/
tonibus traijciebatur.

Popa: pinguedo. Perſ. At illi tremit omēto Popa ve
ter. Hinc Popana pīguia vnguēta dixerūt veteres.
Juue. Ridendaq; multo pane tumet facies aut pin/
guis popana ſpirat. Et hinc miſeri viſcant̄ labra ma

Popanū pe. cor. placēta lata quā dijs veteres of (riti.
ferebāt. Sed ⁊ ꝓ q̄cūq; libo capit̄. Juu. Scilicet ⁊ te
nui popano corruptus oſiris.

Popina pe. ꝓ. a popa: locꝰ vbi publice opſonia caroq;
cocta ac delicate cōfecta venditat̄ comedit̄q;. Uel ꝓ
uatim vbi guloſa familia extraordiarie ligurire ⁊ bel
luari cōſueuit: ſiue ipē qualē dixi cibꝰ. Horat. Fornix
tibi ⁊ vncta popina Incutiunt vrbis deſideriū.

Popinones: vel ij: quos nūc Tabernarios: vel luxurio
ſi qui ſe popinis dedunt..

Popinatio nūcupat̄ a Gellio: quę alio noīe dicit̄ hellu
atio: quā greci Aſociā vocant. Fit autē popinatio a
popinari: qđ ſignificat belluari ⁊ indulgere popinis.
Julius Capitolinus. Dū Galienus popinat̄: ⁊ bal/
neis ac lenonibus reputat vitā.

Popinale et hoc le. quod ad popinam ſpectat. Col. lib.
ix. Tunc celebres erāt delitię popinales: cū ad mare
deferebantur viuaria.

Poples itis: pars oppoſita genui quę curuatur: dicta ꝙ
poſt plicetur. Col. libro. vij. Si dolore neruoꝝ clau/
dicas: oleo ⁊ ſale genua poplitesq; ⁊ crura cōpicāda.
Accipit̄ quādoq; ꝓ tota illa ꝑte neruoſa. Liu. li. xxij.
Quoſdā et iacentes viuos ſucciſis femoribꝰ popliti/
buſq; inuenerunt.

Popyſmata ꝓprie dicuntur ea vocis blandimenta quę



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtit equis indomitis cũ tractatione manuũ. Unde ꝛ q̃ fit manib° palpatio interꝑtari poteſt: vt apõ Iuue. Prębebit vati crebrũ popyſma roganti: id eſt crebrã manuũ tractationem/ cũ quadam vocis adulatione: Nam fit ab πωππυζω/quod eſt ſibylo vel adulor. Quare ꝛ ꝓ ſibylo quandoq̧ ponit̃/qui in re obſcena fieri cõſueuit. Marci. Quis videre poteſt fatui popyſmata cũni? Cũ ſonat hic cui nõ mẽtula menſq̧ cadit. Uelut vitiũ notauit in Galla popyſma: vtpote inſulſũ coeuntiũ crepitũ. Eſt et ποππυζειν: vt quidam exponũt: illiſis manib° inter ſe/et palma cũ palma collata plauſuꝫ edere: qõ eſt applodere. Unde et popyſm°. Pli. lib. xxviij. Fulgetras poppyſmis adorare/cõſenſus gentiũ eſt.

Popul° pen. corre. ſingulari numero: vni° ciuitatis multitudinem ſignificat. Uirgili°. Hinc ꝑlm late regem Populi ꝟo diuerſas ciuitates. Idẽ. Littoraq̧ et latos ꝑlos. Eſt aũt ꝑls multitudo hoim/iuris cõſenſu ꝛ cõcordi cõmunione ſociata.

Popell° dimi. paru° ꝑls. Perſi°. Ante diẽ blãdo caudã iactare popello.

Popularis/et hoc re. quod eſt populi. Horaci°. Et populares Uincentẽ ſtrepit°: ꝛ nat° rebus agendis. Interdũ popularis dicit̃ char° et gratus ꝑlo: q̇ ſibi ꝑli fauorem conciliat. Cicero. Nihil tã populare q̃ bonitas. Liui°. Et quo nihil populari° eſt quib° artibus petierat magiſtrat° hiſdem gerebat. Interdũ dicitur plebeius/vilis ꝛ ignobilis. Plaut°. Pręſtat diuitem eſſe ac popularem/q̃ nobilem et mendicũ. Et popularis dicit̃ qui eſt eiuſdem cõditionis/generis/ſortis et fortunę. Terent. in Phormi. Amic° meus ſumm° ꝛ popularis Geta. Erat eñ et ipẽ ſeru°. Et popularis dicit̃ Ciuis.

Popularia ſacra (vt Labeo inq̃t) ſunt q̃ oẽs ciues faciũt: nec certis familijs attributa ſunt: vt Fornacalia palilia. Laralia: ſic dicta/ꝙ ꝑlo grata eſſent/cum in ꝑlm miſſio fieret ab his q̇ gratiaꝫ plębis quęrebant. Et hoc duplici mõ. Aut ꝺ republica bñ ſentiẽdo ꝛ ea q̃ ad ꝑli ſalutẽ ſpectãt recta cũ rõne agẽdo. Aut largiendo ꝛ adulãdo/vel alijs corruptelis beniuolentiã captãdo. Itẽ popularia dicebant̃ loca vbi plębs ſedebat. Uide in dictione Equeſtria.

Popularitas: affabilitas/humanitas/blanditię/et gratia in ꝑlo. Hiero. Popularitatem tuaꝫ qua mihi inuidiã apud ſimplices niteris cõcitare/ꝑſpicua ratione compeſcui.

Populariter: affabiliter/humaniter/ꝛ cum grã ꝑli. Iuue. Et verſo pollice vulgi Quemlibet occidũt popu (lariter.

Populatia: nugatoria/puerilia. Labe. Populatia agimus ꝓ ludũ.

Populoſus ſa. ſũ. qõ eſt plenũ ꝑlo: vt oppidũ ꝑloſũ.

Populatim mõ ſignificat ꝑ ꝑlos. Apul. Populatim ab oĩ ꝓuincia reuocat°. Nõ cateruatim ꝛ i vniuerſum. Cecil. Ego ꝑdidi te q̇ oẽs ſeruos ꝑdo populatim: q̃ſo ne addas malũ ad hoc malũ.

Populo las. amorem populi cõcilio. Pacu. Atq̧ vt ꝓmerui pater mihi patriã populauit meã. Aliquãdo populare eſt ꝑdari: quod et populor dicit̃. Uirgili°. Quiſq̧ ſuuꝫ populat° iter. Idẽ. Populatq̧ ingentẽ farris aceruũ. Hinc depopulor ꝓ deꝑdor: paſſimq̧ ꝛ quaſi populatim diripio.

Populat° a. um. ꝑticipiũ: quod ſignificat deꝑdatus: vt Quiſq̧ ſuũ populat° iter. Populat° ꝟo nomẽ ſignificat ꝑloſũ: vt Urbs populata. i. ꝑlo plena.

Populonia: vrbs etrurię: a ꝑlorꝫ multitudine q̃ in eius agro eſt. Uel a populãdo: qõ frequẽtib° pyrataꝝ populationibus pateret.

Populus antepe. ꝓd. gen° arboris/a frondiũ multitudine ſic appellata. Uirg. Hic cãdida ꝑls antro Imminet. Pli. xxiiij. Uirgã ꝑli i manu tenẽtib° intertrigo nõ metuat̃. Col. lib. vj. Cui rei maxime videt̃ idonea populus. Ea eſt arbor Cerro ſimilis.

Populeus a. um. qõ eſt materiatũ ex ea arbore. Uirg. in Ge. Qualis populea merẽs philomella ſub vm (bra.

Populnus a. um. idem qõ populeus. Plautus i Caſ. Nũ iſthęc aut populna ſors aut abiegna ẽ tua? Dicit̃ ꝛ Populneus a. um. in eadem ſignificatione. Col. lib. vij. Probat̃ maxime vlmea: poſt fraxinea ꝛ ab hac populnea frons.

Populetũ: loc° populis conſitus.

Porculena. Plaut° in Mil. Niſi huic veri affert̃ merces nõ hic ſuo fęmineo quãq̃ porculenã ꝑtitur° eſt.

Porca: animal quę alio nomine dicit̃ Sus: in agro ꝟo porca eſt terra elata inter duos ſulcos: a porrigẽdo: vt inq̃t Uarro: ꝙ ea ſeges porrigat frumentũ. Uel a porricẽdo/ꝙ vltra ſe iaci ſemina ꝓhibeat: vel ꝙ aq̃s porceat: hoc eſt porro arceat. Nã crebriores ſulci limi ſolẽt vocari. Col. lib. ij. Liras ruſtici vocãt eaſdẽ porcas/cũ ſic aratũ eſt: vt inter duos lati° diſtãtis ſulcos: medi° cumul° ſiccã ſedẽ frumẽtis ꝑbeat. Sed et xxx. pedũ latitudinẽ. cxxv. longitudinẽ porcã vocabãt eodẽ auctore cãpani hodie porcas vocãt puluinos ſiue hortulos: in q̇b° veluti ſulcatim ſua cuiuſq̧ generis olera ſerunt̃. Id gen° ꝛ Arcę dicunt̃ apud Columel.

Porc° domeſticus/aper ferus: ſus vtriq̧ commune eſt Marci. Iſte tibi faciat bona ſaturnalia porc°. Inter ſpumãtes ilice paſt° apros. Dictus porcus: q̇ porrecto rictu paſcat̃: ꝛ terrã dũ herbaꝝ radices rimat̃ lati° porrigat. Hinc fiũt diminutiua Porcul° ꝛ porcellus. Ambro. Sicut gluto amat porcellũ. Sue. i Nerone. Iterũ ac ſępi° recoctũ porcello abiecit. Scribit Uarro porcũ gręcũ nomen eſſe antiquũ/ſed obſcuratũ: ꝙ eũ nũc vocãt χοιρον.

Porcarius: porcoꝝ cuſtos.

Porcin° a. um. qõ ex porco eſt: vt caro porcina.

Porculationẽ antiq̇ porcoꝝ nutricatũ vocauerũt. Uarro. In nutricatu quã porculationẽ appellabãt binis mẽſib° porcos ſinũt cũ matribus.

Porcius: cognomen fuit Catonis Cenſorini: tractus a porco. Cognomina eñ (vt inq̃t Uar.) habent̃ a maiori ꝛ a minori pecore. A maiori/vt Equiti°/Taur°. A minori/vt porc°/caprillus.

Porcia: nomen mulieris romanę. Fuerũt aũt duę/maior ꝛ minor. Porcia minor/cũ laudaret̃ apud eã q̇dã bñ morata q̃ ſecũdum habebat vir: reſpõdit: Fęlix ꝛ pudica matrona nũq̃ ꝑter ſemel nupſit.

Porcetra: porca q̃ ſemel tñ pepit: ſcropha q̃ ſępi°. Si miſcet ſe porca domeſtica cũ fero/fet° hibrida dicet̃.

Porceo es. ꝓhibeo. Lucil. li. vj. Nõ te porro ꝓcedere porcent. Cõponit̃q̧ ex porro ꝛ arceo/q̃ſi ꝓcul arceo: ſincopatũ videt̃ ꝛ abſoletũ eſt.

Poria grece/latine facultas: abũdantia dicit̃. A quo fit verbũ Aporior aris.

Porricio is. pe. cor. q̃ſi porro iacio. i. valde porrigo: qõ ꝟbũ ſolẽne ſacrificãtib° erat: Nã exta porrici dicũtur qñ porrigunt̃ dijs. Uñ apõ Macro. hoſtia porrecta q̃ſi ſacrificata. Plau. Nã ſi ſacrificẽ ſũmo Ioui: atq̧ in manib° exta teneaꝫ: vt porriciã interea loci: ſi thuri qõ det̃: poti° rem diuinã deſerã.

Porrigo is. pe. cor. xi. ctũ. ex porro/vel por ꝑticula ꝛ rego: nõ ago/vt quidã volũt. Et eſt porrigere: extendere. Pli. Facilius quippe radices porrigũt ſolo ſubacto. Quãdoq̧ offerre. Unde Auguſt° cũ ei quidã libellũ trepid° offerret: et modo ꝓferret manũ/modo retraheret: Putas te inquit ſtipẽ elephãto porrigere. Et hoc quãdo offerẽdo aliquid ꝓtendim° manuꝫ. Rurſus quia quę interficiunt̃ in terra extenduntur: factũ eſt vt porrigere ſit ꝓſternere/interficere. Marc. Et volucrem longo porrexit vulnere pardũ. Huius compoſitũ eſt Exporrigo ſeu exporgo ꝑ ſyncopã: qõ

eſt extra porrigo. Ter. in Adel. Da te hodie mihi: Exporge frontē: id eſt exhilara.

Porrigo inis. ri ſyllaba ꝓd. genus morbi: a porrigēdo: id eſt extendendo. Creſcendo eñ porrigit᷑. Naſcitur vt Celſus libro. vj. ſcribit: in capillo/barba et ſuꝑcilio: vbi acute inter pilos quedā quaſi ſquammule ſurgunt. Lucil. lib. xxx. Triſtem ⁊ corruptū ſcabie ⁊ porrigine plenū. Hinc Porriginoſus: ꝗ porrigine infeſtat᷑. Eſt et porrigo minutꝰ furfur. Horat. lib. ij. Ser. Ungere ſi caules oleo meliore caputqꝫ Cepis: impexa fedū porrigine quare.

Porrū in plurali porri. Greci praſon dicūt: genus oleris. Mar. Mittit ꝑcipuos nemoral᷑ aricia porros. In medio virides ſtipite cerne comas. Porrorū aliȷ ſunt Tarentini: ꝗ et ſectiui dicunt᷑. Aliȷ aricini/qui et capitati. A porrū fit porraceꝰ a. um. Pli. Heliotropiū naſcit᷑ in Ethiopia/Aphrica/Cypro: porracei coloris/ſanguineis venis diſtincta.

Pori pen. ꝓ. ꝑ ſimplex r. appellant᷑ tophi. Pli. Minus pōderoſus ē: ꝗ porꝰ vocat᷑ marmori pario ſilis. Pori vero pe. cor. ſignificāt meatꝰ. Pli. lib. xx. de malua ⁊ altea. Succꝰ decocte pori meatꝰ ſuaues facit. Eſt etiā porꝰ iter ꝑ qđ genitura in vrine vias defert᷑.

Porocela: a poro topho nomen habet: q̄ſi ramicem tophaceū appelles: de quo in dictione Enterocela.

Porro aduerbiū ſignificat certe. Cice. ꝓ Plancio. Nihil porro tā inhumanū/tā immane/tā ferū/qꝫ cōmittere vt bñficio nō dicā indignꝰ/ſed victꝰ eſſe videare. Quādoqꝫ ſignificat longe ante. Virgil. Hinc maxima porro Accepit Roma ⁊ patriū ſeruauit honorē. Sic dicimꝰ. Licurgꝰ nō porro ab Homeri tꝑibus fuit. Quandoqꝫ ſignificat a longe: vt ſit aduerbiū loci. Liuiꝰ lib. viij. Et haud eadem qua te inſinuaueris retro via repetenda: aut ſi ire porro ꝑgas ꝑ alium ſaltū artiorem/impeditioremqꝫ euadendū. Quandoqꝫ ſignificat poſtea/deinde in futurū. Cicero Marcello. Nō eſt porro tuū vno ſenſu oculorū moueri. Terentiꝰ. Dehinc vt q̄eſcāt porro moneo: id ē in futurū. Qñqꝫ vltra. Liuiꝰ lib. j. Ex loco īfeſto agere porro armētū occepit. Quādoqꝫ cōiunctio eſt. Et ꝓ autē ponit᷑: locat᷑qꝫ in ꝓ̄ncipio oratiōis. Quintil. Porro ꝗ cōfeſſum defendit: nō abſolutionē ſceleris petit/ſed licentiā. Qñqꝫ ponit᷑ ꝓ cōiūctione expletiua. Terē. i An. Adeon me ignauū putas: adeon porro ingratuꝫ aut īhumanū/aut ferū: vt neqꝫ me cōſuetudo neqꝫ amor/neqꝫ pudor ⁊c̄. πορρω tñ grecū eſt.

Porphyrius nomē viri ꝓpriū. Quo noīe dictꝰ eſt phūs chriſtianis inimiciſſimus.

Porphyria latine purpura. Unde Porphyriacꝰ a. um. pe. cor. ꝓ purpureo. Ouidiꝰ. Et porphyriacis figere labra genis. Porphyris idis. veſtis purpurea.

Porphyris pe. cor. inſula ī laconico mari ſita: q̄nqꝫ milibꝰ paſſuū a Malee ꝓmontorio diſtās. Eadē poſtea Cythera dicta ē: ob memorabile tēplū Veneri ſacrū.

Porphyretes: lapis in egypto rubens/cādidis interuenictibꝰ pūctis: ꝓpterea leucoſticos appellatus/ꝙ leucos albū dicimus: στιζειν pūgere. Hinc porphyreticus a. um. qđ factū eſt ex porphyrete.

Porphyrio: auis q̄ ſola morſu bibit: cuiꝰ crura ꝑlonga rubent et roſtrū. Hec a nōnullis Pelicanꝰ dicit᷑. Fuit et nomen gygantis. Marc. Nomen habet magni volucris tā parua gygātis. Et nomen praſini Porphyrionis habēt. Hoc etiā noīe vocatus fuit qui in Horatiū cōmentatus eſt.

Porſena penultī. correp. ꝓpriū nomen regis. Marc. Hāc ſpectare manū porſena nō potuit. Virgiliꝰ vero ꝓduxit poſitione duplicis nn. Necnō Tarquiniū eiectū porſenna iubebat.

Porto tas. nō tm̄ corꝑe/ſed etiā animo/et tam bona qꝫ mala. Terent. in And. Dij boni quid boni porto. Et portare dicimur cū iumentis aliquid nobiſcum ducimus. Hinc Verrem legimus amicam e ꝓuincia portaſſe: ⁊ Pompeiū deportaſſe triumphū. Huiꝰ cōpoſita ſunt Apporto/Aſporto: que cōtraria ſunt. Comporto: ſimul porto. Hiero. lib. ij. Reg. Et comportauerunt ſuꝑ eū aceruū lapidū magnū nimis. Exporto extra ſeu ex loco porto aufero ve. Importo: itro porto. Reporto: retro porto. Virgiliꝰ. Hec triſtia dicta reportat. Deporto/ſupporto ⁊ trāſporto.

Porta a portādo: dicit᷑ omnis exitus: ⁊ quo poteſt importari vel exportari aliquid/vel ab aratri portatiōe: vt inqt Dona. qr in deſignatione vrbiū ſubiunctis vacca ⁊ tauro qui vrbem deſignabat: aratrum manu ſuſpendebat: ne ſulcū quē ꝓ̄mogeniū dicunt faceret: vbi aditus ciuitatis erāt relinquēdi. Hinc fiūt diminutiua portula/portella et porticula: porta decumana ⁊ porta ꝑtoria de caſtris dicit᷑.

Portus dicit᷑ locꝰ cōcluſus quo important᷑ merces/⁊ inde exportant᷑: et vbi naues hyemāt. Nā antiqui domos partim portus/partim inſulas vocabāt/a portādo: vnde etiā porticus dicte ſunt.

Porticulꝰ: ꝑuus portꝰ. Sumit᷑ qñqꝫ ꝓ malleo.

Portiſculꝰ: hortator remigū: ꝗ eā vīgulā q̄ portiſculus dicit᷑: in manu tenēs hortat᷑ remiges: vrget ⁊ cūcta ꝓ libito moderat᷑. Plau. in Aſi. Tute habes portiſculū. Enn. i annalibꝰ. Portiſculꝰ cū ſignū dare cepiſſet.

Portoriū: naulū ⁊ merces q̄ dat᷑ portitoribꝰ. Itē vectigal: qđ portitori ſoluit᷑: id eſt telonario/ſcꝑtuario/et ſcꝑture magiſtro/ex portu vel fluminū/vel lacuū/vel ſtagnorū. Lucil. facit idē qđ illi ꝗ inſcriptū e portu exportāt clāculū ne portoriū dent. Plau. i Aſi. Iā ego hunc portitorē ꝑuabo portorio.

Portitor pen. cor. qui vectigal portus ſiue porte: id eſt portoriū datium cōduxit. Plau. in Tri. vtrūqꝫ cōplexus. Solutū eſt portitori iā portoriū. Quos greci telonarios. Cice. magiſtros ſcripture ⁊ portitores appellat: Nā ad Atticum ſic ſcribit. Illa cauſa publicanorū quantā acerbitatem afferat ſocijs: intelleximꝰ ex ciuibus qui nuꝑ in portorijs Italie tollēdis nō tā de portorio qꝫ đ nōnullis iniurijs portitorū querebātur. Et portitor dicit᷑ qui aliqđ portat. Sta. lib. j. Theb. Languet hyperboree glacialis portitor vrſe. Amb. ſuꝑ Luc. Audito dei verbo ſteterūt acerbi illiꝰ funeris portitores. Pōt etiā dici: qui traducit homīes ac vehit/vel ad nauim de littore/vel ad littus de naui: vel ad vlteriorē fluminis ripā: quē greca voce porthmea dicimꝰ: abuſiue portitor qui portat᷑: ſic Vector.

Porthmeus penul. corre. latine dicit᷑ trāſfretator ꝗ nauigio vehit/⁊ ꝗ exigit portoriū: πορθοσ enī fretū dicit᷑. Iuue. Iā ſedet in ripa fretumqꝫ nouitius horret Porthmea: id eſt portus freti portitorē. Porthmis idis. nauis ad traijciendū.

Portunus: deus a portu dictus: qui portubꝰ ꝑeſt. Grece Palemō dicit᷑. A quo oportunus ⁊ iportunꝰ. Hic etiā Melicerta eſt Inoos filius.

Porticꝰ: q̄ ꝓpter repētinos imbres ⁊ vmbrarū ac deambulationis grā edificant᷑. Ouid. de porticu pompeiana. Tu mō pōpeia letus ſpaciare ſub vmbra. Cū ſol herculei terga leonis adit.

Portio: quaſi partio: ſignificat partē. Huiꝰ diminutiuū eſt portiuncula. Apul. Qui cum a me portiunculam poſceret. Hinc fit ꝓportio: que eſt duarū rerū inuicem facta comparatio.

Portendo dis. porro hoc eſt ante tendo/predico/ſignifico. Virgilius. Hunc illum fatis externa ab ſede ꝓfectū Portendi generū. Plau. in Cur. Eccaſtor nobis periculū magnū et familie portendit᷑ dementi/ſi expectemus mortem.

Portentum: a portēdēdo: id eſt ꝑrgoſtendendo ꝙ portendat aliquid futurum: quis aliquando dicant por/

tenta inania quedā ⁊ irridenda. Cice. lib. j. Tuſ. Aut quid negocij eſt hec poetarū ⁊ dictoꝝ portenta conuincere. Hiero. de dijs ait. Portenta magis q̄ꝫ numina. Portentū tamen ex augurijs et auſpicijs antiqui ſignificationē accipiebant. Unde apes ille ex ore Ambroſij ꝓdeuntes/quaſi portentū fuerunt: ꝙ de lōge viri ſapientiam portēderūt: id eſt ſignificauerūt. Et Uirgiliꝰ lib. viij ꝓ bono omine poſuit cuꝫ ait: Me quere ꝑfecto quem caſum portēta ferant. Ubi Ser. Nō bona omina que victoriā portendunt. Et dicta ꝓphetaꝝ ſunt quaſi portenta: q2 porro/hoc eſt de lōge tendebant: id eſt futura diuinabant. Uñ Sal'. Ex libris ſibyllinis regnū Rome tribus cornelijs portēdi. Portenta quoq3 fieri dicunt̄: cū inſolita corpa raro ſe oſtendūt: vt comete/turbines/barathra/et ſereno celo facta tonitrua. Unde Uar. In celo inq̄t memorabile extitit portentū. Nā ſtellā Ueneris nobiliſſimā Plautꝰ veſperuginē: Homerus heſperon appellat pulcherrimā/dicens: Caſtor ſcribit tantū portentū extitiſſe/vt mutaret colorē. Nec aūt portēta dicūt̄ eſſe cōtra naturā: ſed nō ſunt/cū dei volūtate fiāt. Que quidē volūtas cuiuſq3 rei cōdite natura eſt: inq̄t Augꝰ lib. xxj. de ci. dei. Portentum ergo fit nō cōtra naturā/ ſed cōtra quā eſt tota natura.

Portentuoſus a. um. qꝺ portentū facit. Pli. Portentoſum eſt qꝺ de ea traditur.

Portulaca (quā greci Pepliō dicūt) herba ē frigida et humida: vt inq̄t Auicēna: q̄ dentiū tollit ſtuporē.

Poſca: vinū in torculari aquatū: quod apud Pli. Uarronemq3 ⁊ alios Lora dicit̄. Quidā Poſcā dicūt eſſe potionis genus: quā greci Oxicraton vocāt: q̄ ex aq̄ aceticq3 mixtura cōficit̄. Plin. lib. xxx. Tormina ſanat palumbus ferꝰ ex poſca decoctus.

Poſculentū/nō poculentū dici debere ſcp̄ſit Hermolaus vir nunq̄ꝫ ſatis laudatus: q̄ꝫq̄ꝫ a poſca etiā poſculentū dici poſſit.

Poſco poſcis: popoſci: ſignificat rem debitam et honeſtam peto. Uar. Poſcere: eſt quotiens aliquid ꝓ merito noſtro depoſcimus. Cui Dona. cōcordare videtur cuꝫ inquit: Poſcere: eſt imperioſe rogare. Aliqñ ꝓuocare. Uirgiliꝰ. Haud acrē dubites in prelia poſcere turnū. Cice. Poſcunt maioribus poculis. Aliquādo petere ſeu vendere. Plau. in Merca. Tanti quanti poſcit. In qua ſignificatione etiā ſumit̄ vocare. Iuue. Bis quingenta dedit: tāti vocat ille pudicā Huiꝰ compoſita ſunt Apoſco: quod eſt iuxta debitū ⁊ iūs poſco ſeu volo. Teren. in Heau. Minas quidem iā decem habet a me filia: quas ꝓ alimentis eſſe nūc dico datas: haſce ornamentis cōſequent̄ altere. Porro hec talenta dotis apoſcēt duo. Depoſco. Expoſco: multū ſeu cū inſtātia aut publice poſco. Liuiꝰ lib. j. Pacem precibus expoſcūt. Uirg'. lib. iij. Sed votis pcibuſq3 iubēt expoſcere pacem. Repoſco qꝺ mihi debet̄ reddi peto. Ambr̄. Suſceperat in ſenectute filiuꝫ ꝑ repromiſſionē/repoſcēti dño negādū ad ſacrificiū: q̄ꝫuis vnicū nō putauit. Uirg. Parthoſq3 repoſcere ſigna. Et repoſcere eſt vehementer poſcere. Plau. in Cur. Quā tu virginē me repoſcis.

Poſtulo as. ſignificat quodā mō requiro/volo: vt Res locus/perſona/tempus/cauſa poſtulat. In qua ſignificatione quandoq3 ablatiuo iungitur mediante compoſitione. Cice. in Lel. Neq3 quicq̄ꝫ vnq̄ꝫ niſi honeſtum et rectum alter ab altero poſtulabit. Aliquando accuſatiuo ſolum. Idem ꝓ Liga. Lōgiorē orationem cauſa forſitan poſtulat: tua certe natura breuiorem. Nōnunq̄ꝫ duobus accuſatiuis: ſed tunc ſumitur ꝓ oro. Hiero. in Gen̄. Oraui: ⁊ dedit mihi dominus petitionē quā poſtulaui dñm: qꝺ tamen raro reperit̄. Nā cū ꝓprie vti poſtulo voluit/ablatiuo iūxit: vt i li. Re. Uocauit nomē eiꝰ ſamuel: eo ꝙ a dño poſtulaſſet eum. Quādoq3 ſignificat rem debitam et honeſtam peto. Aliqñ ſignificat accuſo ſeu querelam dico de altero apud alteꝝ. Sue. in Ceſa. Ceterum Cornelium dolobellam cōſularem et triumphalem virum repetundaꝝ poſtulauit. Idem de Aug. Affuit et clientibus ſicut ſcutario cuidam euocato quondaꝫ/qui poſtulabatur iniuriarū. Interdū poſtulare eſt cupere velle expectare. Teren. in Adel. Per oppreſſionē vt hanc mihi eripere poſtulet. i. velit aut ſperet. Itē poſtulare: ſicuti docet Ulpia. eſt deſiderium ſuū vel amici in iure apud eum qui iuriſditioni p̄eſt exponere: vel alterius deſiderio contradicere. Solet diſtingui inter poſtulare/poſcere/petere/obſecrare et flagitare: quia poſcimus imperioſe: petimus precario: poſtulamus iure. Obſecramus. i. ꝑ ſacra rogamꝰ. Flagitamus: nō ſine ſtrepitu verboꝝ addendo cōuicium Cice. Quācq3 cauſa poſtulat/nō tñ flagitat. Curtius. Poſtulabat aūt mag' q̄ petebat. Expoſtulare eſt cū querimur iūriā apud illū a quo accepimꝰ: ⁊ habet in ſe repꝛ̄henſionē. Sed de Expoſtulo alibi.

Poſſum potes: potui: ex poſ ⁊ ſum cōpouitur: quaſi potens ſuꝫ. Unde etiā quādoq3 cū ablatiuo cōſtruitur. Liuiꝰ lib. x. Pecunia deinde qua multū poterant freti ſocios ex hoſtibus facere gallos conant̄. Sūt etiā qui hoc verbum cōponāt ex porro/valde ⁊ ſū/ꝙ valde eſſe videant̄ qui potētes ſunt. Habet qñq3 appoſitum: vt cū dicimus: Deus om̄ia pōt: vnde fit omipotens. Qñq3 eſt ſine appoſitiōe. Plau. Nō hic vt poſſit edit: ſed poſſe cupit vt edat.

Poſſibile dicit̄ qꝺ fieri pōt. Cuiꝰ ꝯtrariū ē impoſſibile.

Poſſideo: ex pos ⁊ ſedeo. Pos aūt qꝺ in vſu nō eſt: idē eſt qꝺ potēs: vt ſit poſſideo/quaſi potēs ſedeo. Hic poſſeſſio/poſſeſſor: ⁊ poſſeſſiuus a. um.

Poſſeſſio/ꝓprietas ⁊ vſus ſiue actꝰ poſſidendi agri aut edificij: nō ip̄e fundus aut ager. Ci. in parad. Etem̄ ſi iſti callidi eſtimatores prata aut areas magni eſtimarent: ꝙ ei generi poſſeſſionū nemini nocere pōt. Aliqñ tñ ſumit̄ ꝓ ipſis bonis immobilibus.

Poſſeſſor: qui poſſidet: cuiꝰ femi. eſt poſſeſtrix.

Poſſeſſiuꝰ a. um. qꝺ poſſidet̄: vt Euādriꝰ enſis/edes regie: q̄ regis poſſeſſio eſt.

Poſſidonius: ph̄s Apamienſis ex Syria: vt Stra. lib. xiiij. auctor eſt: ſed rhodius exiſtimatus: q2 rhodi vixit/ac phatus eſt. Sicut ⁊ Apolloniꝰ mō dictꝰ ē rhodiꝰ cū eſſet alabadēſis. Utrūq3 audiuit. Cice. Hic cū aliqñ morbo articulari laboraſſet grauiſſime: fert̄ ſepe dixiſſe (Erat em̄ ſtoicꝰ.) Nihil ag' dolor/q̄uis ſis moleſtus: nunq̄ te eſſe cōfitebor malū.

Poſt p̄poſitio cōpoſita et ſepata inuenitur. Separata ſignificat meta grecam p̄poſitionē: quādo ordinē demonſtrat ſiue loci/ſiue temporis/ſiue alicuiꝰ alterius rei: ſeruit accuſatiuo. Uirg. Poſt montem oppoſitū. Idē. Poſt aliq̊t mea regna videns mirabor ariſtas. Hora. O ciues ciues querenda pecunia primū: Uirtus poſt nūmos. Cōpoſita ꝟo reperit̄ cū multis dictiōibꝰ: vt poſthac/poſtmodū. Qñq3 tñ ponitur loco aduerbij poſtea: ⁊ hoc qñ nulli caſui ſeruit: vt qñ iungit̄ ablatiuo. Uirgiliꝰ. Poſt mihi non ſimili pena cōmiſſa luetis. Sal'. Ubi periculū aduenit: inuidia atq3 ſupbia poſt fuere. Cū abltō. Uirg'. lib. vj. Ille admirās venerabile donū: Fatalis virge lōgo poſt tpe viſum. Qꝫ ſi ꝑ ſe ꝓferat̄/vel p̄poſtere: habet accētū acutū/in verſu ꝟo grauem.

Poſtq̄ aduerbiū tpiſ. Sal'. Poſtq̄ꝫ cōſulueris mature opꝰ facto. Interdū ponit̄ ꝓ qm̄. Ter. in Adel. Poſtq̄ꝫ poeta ſenſit ſcp̄turā ſuā ab iniq̄s obſeruari. Uirg. Poſtq̄ꝫ nos amaryll' habet galathea reliquit. Nec mirꝝ: q2 vt Dona. ait: eius reciprocū eſt q̄ꝫ ꝓ poſtq̄ꝫ. Plau. in Aul. Is qm̄ morit̄ ita auido ingenio fuit.

Poſtea componitur ex poſt et ea: vnde ⁊ ꝓducitur a ſi

cut alia cōpoſita. Interea/ꝑterea/ꝓpterea. Saluſti.
Poſtea piſo in citeriorem Hiſpaniā queſtor ꝓpretor
miſſus eſt ſimiliter. Poſteaq̃ vna dictio eſt/ ſicut et
poſtq̃:q̄ cōnexiuę ꝑticulę ſunt. Cic. Plāco. Et abſui
ꝓficiſcens in Grędiā: ⁊ poſteaq̃ de meo curſu reipu.
ſum voce reuocat⁹ nunq̃ per. M. Anto. quiet⁹ fui.
Sic eñ dictis ſequentia copulant̃. Aliqñ int̃ poſtea
et q̃ interponit̃ ṽo: ⁊ ſignificat: ſed poſteaq̃. Idem
App. o. Poſtea ṽo q̃ ita cępi.

Poſterus a. um. quod aliquid ſequit̃: vt Poſtera dies:
id eſt ſequens: Virgili⁹ li. iiij. Poſtera phębea luſtra
bat lumine terras. Aliqñ Poſter⁹ dicit̃ qui poſt nos
futur⁹ eſt. Unde poſteri et poſteritas. Seneca. Po/
ſteroꝝ negociū ſic dicit. Hui⁹ cōparatiuū eſt poſteri/
or/ ⁊ ſuꝑlatiuū poſtrem⁹: id eſt vltimus. Poſteri pe/
des: qui poſt primos ſunt. Hinc cōponit̃ Pręposte/
rus: quaſi ꝑuerſus ⁊ inuerſus. Cice. Caſſio. Prępo/
ſteros habes tabellarios: etſi me quidē nō offendūt:
ſed tamen cum a me diſcedūt/ flagitāt lr̃as: hoc eſt: q̄
poſt alios venire debēt: priores aliijs q̄ ꝑmiſſi fuerāt
veniunt. Quintil. Pręposterа res occidere: deinde
erubeſcere. Pręposterа libido dicit̃ vitiū ſodomiti/
cū. Et ꝑpoſteros hoīes libidinoſa cupiditate vocat
Iul. Firmic⁹: qui ⁊ pedicatores vocant̃.

Poſteri⁹: tardi⁹ vel ſecūdo. Qñq̃ etiā minus. Plaut⁹
in Aſi. Poſteri⁹ iſta dicis q̃ credo tibi.

Poſteriora dicunt̃ q̄ a vultu auerſa ſūt. Unde eſt illud.
Poſteriora mea videbis.

Poſteritas ſignificat poſteꝝ ſeculū: ſiue hoīes q̄ poſt
naſcent̃. Ci. in Lel. Quo genere ſꝑare videor Scipi
onis ⁊ Lelij amicitiā notā poſteritatis fore.

Poſtremo aduerbium: ſignificat finaliter/ vltimo loco/
tandem. Sal. Poſtremo omnib⁹ modis pecuniā tra
hunt. Dicit̃ et ad poſtremū. Impoſteꝝ ṽo ſignificat
in futuꝝ tempus. Quintil. lib. j. Multa lingue vitia
niſi ꝑmis eximant̃ annis inemēdabili impoſteꝝ pra/
uitate durantur.

Poſtfero pe. cor. poſtpono. Pli. lib. ij. Gebēna et vrbi
bus ⁊ agroꝝ cultu/ viroꝝ morūq̃ dignatiōe amplitu
dine opū nulli ꝓuinciaꝝ poſtferenda.

Poſthac: dictio cōpoſita ſicut Antehac: ⁊ ſignificat de
inceps/ in futuꝝ/ ſiue poſt hoc tēpus. Teren. in An.
Poſthac quas faciet de integro comędias.

Poſthabeo: poſtpono. Ter. in Phor. Nā oēs poſt
habui mihi res ita vt par fuit.

Poſthum⁹ pe. cor. ex poſt ⁊ humus componit̃: qui poſt
mortem parentis natus eſt: quaſi poſt humatū et ſe/
pultū. Plau. in Aul. Poſt mediā ętatem qui medi/
am duxit vxorem domū: ſi eam ſenex anū pręgnantē
fortuito fecerit: qui dubitas qñ ſit paratū nomen pu
ero poſthum⁹? Dicit̃ ⁊ poſthum⁹ a. um. ꝓ futuro ⁊ ſe
quenti ⁊ poſtero. Unde Apul. Poſthumā ſpem di
xit. Virgi. lib. vj. Tua poſthuma ꝓles. Fuit ⁊ Poſt
hum⁹ nomen viri. Hora. lib. Car. Heuheu fugaces
poſthume poſthume labunt̃ anni.

Poſticum et poſticus penul. ꝓdu. a poſtſtando ꝓ oſtio
in poſteriore ꝑte ędiuz. Plaut⁹ in Tri. Aliud autem
poſticū ędiū noſtraꝝ. Veteres tamen etiam vicinum
habitantem ad poſteriorē partē ędiū ſic appellarunt.
Horat. Atria ſeruantē poſtico falle clientē. Et oſtiū
ip̄m poſtica femi. genere dicit̃: cuius diminutiuū eſt
poſticula. Apul. Per quandā breuem poſticulā in/
tro vocat me. Ammianus. Per poſticā ingreſſus re
fertam inueni cōfluente ex finitimis virili et muliebri
ſexu. Poſtica etiam Auguꝝ eſt. Nam vt inq̄t Ser.
Augures deſignāt ſpacia lituo: et eis dant nomina:
vt prima pars dicat̃ Antica/ poſterior Poſtica. De/
xterā quoq̃ ſicut ſcribit Feſtus Anticā ſiniſtram po
ſticam dicimus. Sic etiā ea celi ꝑs que ſole illuſtrat̃
ad meridiem Antica nominat̃: q̄ ad ſeptentrionē po

ſtica. Rurſus q̄ diuidunt̃ in duas ꝑtes/ orientem atq̃
occidentē/ Antica ⁊ poſtica dicunt̃. Itē poſtica: linea
in agris diuidēdis: q̄ ab oriente in occidentē ſpectat.
Omnia deniq̃ q̄ poſt nos ſūt poſtica dicunt̃: et q̄ añ
nos/ antica. Inuenit̃ etiā poſticus a. um. Perſ. Po/
ſticę occurrite ſannę: hoc eſt: irriſiōi factę a ꝑte poſte/
riore. Auſo. Poſtico vulnere foſſor.

Poſtero as. Palladius. Oliua cū varia cępit eſſe/ colli
git̃. Nā cū tota nigreſcet: qđ ſpeciei merito poſtera/
uit/ fundēdi vbertate cōpenſat.

Poſticulū dimi. Plaut⁹ in Tri. Poſticulū hoc recępit
cum ędes vendidit. Poſticula diminutiuū a poſtica:
de quo in dictione poſticū.

Poſtis generis maſcu. a poſt deducit̃: et ſignificat val/
uā oſtij/ ſiue latus portę: dict⁹ ꝙ poſt fores ſtet. Vir/
gili⁹. Hęrent parietibus ſcale: poſteſq̃ ſub ipſos ni/
tunt̃ gradibus

Poſtilena: a poſt ⁊ ſtando: ꝙ ſtet a parte poſteriori. Eſt
eñ incuruū lignum ſiue craſſius loꝝ qđ ſub iumenti
cauda ponit̃. Plau. Ita te a gerūda aqua curuū faci
am/ vt poſtilena poſſit ex te fieri. Hinc ꝑ cōtrariū an/
tilena: qua pectus cingit̃.

Poſtliminiū: ex poſt et limina componit̃. Quęcūq̃ eñ
a nobis alienata ad hoſtem ꝑueniūt: cū a noſtro limi/
ne exierint: ſi poſt ad idem limen reuertant̃/ poſtlimi/
nio redeunt. Feſt⁹. Poſtliminio recępt⁹ eſt ſi q̄ extra
limina: hoc eſt terminos ꝓuincię capt⁹ fuerat: rurſus
ad ꝓpria reuertit̃. Paul. Iurecō. Poſtliminiū eſt ius
amiſſę rei recipiēdę ab extraneo/ ⁊ in ſtatū priſtinū re
ſtituēdę int̃ nos et liberos ꝓplos regeſq̃ morib⁹ ac le/
gib⁹ ꝯſtitutū: Nā qđ bello amiſim⁹/ aut etiā circa bel
lū: hoc ſi rurſus recipiam⁹/ dicim⁹ poſtliminio recipe
id qđ naturali ęq̄tate introductū eſt: vt qui ꝑ iniuriaꝫ
ab extraneis detinebat̃: is vbi in fines ſuos rediſſet/
priſtinū ius ſuū reciperet.

Poſtmitto. Cice. ꝓ Celio. Qđ in alicui⁹ agreſtis ꝑicu/
lo nō poſtmitteret: id hō erudit⁹ i inſidijs doctiſſimi
hoīs diſſimulandū putaret.

Poſtmodū pe. cor. ex poſt et modū: ſignificat poſtea ſi/
ue poſtremo: quaſi poſt modū rei datū. Li. lib. j. Sę
pe ex iniuria poſtmodū exortā grãz. Dicit̃ ⁊ poſtmo/
do. Idē li. iiij. Si ardeates ſua tp̄a expectare velint:
arbitriūq̃ ſenatui leuādę iniurię ſuę ꝑmittant fore: vt
poſtmō gaudeāt ſe ire moderatos.

Poſtomis idis. inſtrumentū ligneū ſeu ferreū qđ ad co
hibendā equorū tenaciā narib⁹ vel morſui imponit̃.
Lucil. Poſtomides huic de narib⁹ ingētes pendēt.

Poſtridie et pridie compoſita ſunt et diuerſa. De Pri
die Gel. lib. x. Die priſtini eodem mō dicebat̃: quod
ſignificabat die priſtino: id eſt priore: quod vulgo ꝑ/
die dicit̃/ cōuerſo cōpoſitionis ordine: quaſi priſtino
die. Feſtus ṽo (cui magis accedendū puto) compo/
ſitionem pridie antiquam eſſe innuit/ cum ait. Priui
gnus dictus eſt: ꝙ anteq̃ mat̃ ſcđo nuberet/ eſt ꝓge/
nit⁹. Pri eñ antiqui ꝓ prę dixerunt. Pridie igit̃ ex ꝑ
et die compoſitū: priori ſiue ꝑcedenti die/ ſiue ṽo an/
te ſignificat: poſtridie ṽo poſtero die: ſincopatuꝫ eñ
eſt. Lactan. lib. v. de vtroq̃ exemplū poſuit: ⁊ loquit̃
de Carneade. Is cū legatus ab Athenienſibus Ro
mā miſſus eſſet: diſputauit de iuſticia copioſe audiē/
te Galba ⁊ Catone cenſoribus/ maximis tūc oratori
bus. Sed diſputationem ſuā poſtridie cōtrarie ſub/
uertit: ⁊ iuſticiā quā ꝑdie laudauerat ſuſtulit. Plau.
i Sti. Qui poteſt mulieres vitare/ vitet: vt quotidie
ꝑdie caueat ne faciat quod pigeat poſtridie. Pridie
igit̃ ꝑori die ſiue ꝑcedenti die ſignificat: vt etiā apud
Catonem li. de re ruſt. Si quem purgare voles/ pri/
die ne cęnet. Poſtridie ṽo poſtero die: nec poſt tres
dies vllo mō ſignificat: vt Catonis exemplum aper/
tiſſime demonſtrat: qui eodē lib. ſic ait. Oleū viride

ſic facito: Oleã q̄ p̄rimū ex terra tollito: ſi inquinata
erit tollito a folijs: et ſtercore purgato poſtridie/ aut
poſt tertiū diem q̄ lecta erit facito. Nō eñi adieciſſet
diem tertiū/ ſi poſtridie poſt tres dies ſignificaret/ ni
ſi q̄ poſtridie ſecundus ſeu ſequens dies eſſet ei⁹ diei
qui p̄ceſſit: qđ oſtendit̃ etiã ex hoc ꝙ eius diei appoſi
tū tã p̄die q̄ poſtridie inuenit̃. Cice. lentulo. Ad duo
decimū kalendas Februarij cum in ſenatu pulcherri
me ſtaremus: ꝙ iam illã ſententiã bibuli de trib⁹ lega
tis p̄idie eius diei fregeram⁹: id eſt p̄cedenti die ei⁹
diei/ hoc eſt duodecimi. Ceſar lib. ij. Poſtridie ei⁹ di/
ei ceſar p̄ſidio vtriſq̄ caſtris: qđ ſatis eſſe viſū eſt/ reli
quit: id eſt ſequente ſiue poſtero die eius diei qui p̄/
ceſſit. Aliquã eis gtūs iungitur: vt Pridie ſiue poſtri
die kalendis Nonarū iduū: ꝛ poſſeſſiue iūgitur. Nō
nūq̄ actūs apponit̃. Cice. Appio. Pridie nonas Ju/
nias cū eiſem⁹ brūduſij. Et reſoluitur die p̄cedēti no/
nas/ ſiue die ante nonas. Liu. Etiã poſtridie Jd⁹ diui
nis ſupſederi iuſſū: quo itē mō poſtridie kal. dicit̃: id ē
die poſt kalen. Etiã aliter actō iungunt̃. Ci. ad Atti/
cū. Pridie cōpitalia memēto. Interdū p̄die ꝛ poſtri
die ſequit̃. q̄ vt p̄die q̄ intres patriã ſacrificiū facito.
Li. lib. ij. Nã cū p̄die q̄ legati ad tarquinios ꝓficiſcerē
tur: ꝛ cenatū forte apud Vitellios eſſet: ꝯiuratiq̄ ibi
remotis arbitris multa inter ſe de nouo vt fit cōſilio
egiſſent ſermonē eoꝝ: ex ſeruis vn⁹ excepit q̄ iã antea
i dſenſerat agi. Qđ ſic exponit̃. Die p̄cedēti anteq̄ le
gati ad Tarquinios ꝓficiſcerent̃. Silr̃ illud Sue. i Ce/
ſa. Et p̄die q̄ occideret̃ i ſermone nato ſup cenã apđ
M. lepidū/ quiſnã eſſet finis vite cōmodiſſim⁹/ repē/
tinū inopinatūq̄ p̄tulerit. Quo etiã mō intelligit̃ il/
lud in Canone miſſe. Qui p̄die q̄z pateret̃: id eſt q̄ p̄/
cedenti die anteq̄z pateret̃: nō aūt q̄: ſicut Valla int̃/
pretat̃: eo ꝙ ſentētie repugnare videret̃. Silr̃ poſtri
die q̄z pater mortē obijt/ epulū feci: id eſt poſtq̄z pat̃
mortē obijt/ poſtridie epulū feci: vt dies mortꝭ luctui
ſeruiat/ poſtera vero epul̃. Nō aūt poſtridie q̄ pat̃ mor
tē obijt epulū feci: qđ neq̄ orōni neq̄ ſenſui cōuenit.
Ni poſtridie aliū diē exigit p̄cedentē. In iſto vero exē
plo nullus ali⁹ dies p̄ceſſit. Ergo q̄z ꝓ poſtq̄z exponē
dū eſt: vt Poſtridie ſequat̃ ipm̄ q̄ pater mortē obijt.
Silr̃ Poſtridie q̄z vxorē duxero/ nauigādū eſt mihi.
Si q̄z ꝓ quo ſumat̃/ nō recte fiet interp̄tatio. Igit̃ ne
ceſſario q̄z ꝓ poſtq̄z/ non ꝓ quo ſumendū eſt: niſi q̄z ꝓ
quo hoc mō ſumamus: nō tñ vt capiam⁹ eo poſtridie
epulū factū quo pat̃ mortē obijt: neq̄ eo poſtridie q̄
vxorē duxero nauigandū eſt mihi. Sed ſic poſtridie:
id eſt poſtero die ab eo quo pater mortē obijt epulū
feci: ꝛ poſtridie ab eo quo vxorē duxero nauigandu
eſt mihi. Et Valla ita intellexit. Hoc mō ſumēda ſūt
pleraq̄ Liuij exem: vt libro. iij. Anno trecenteſimo
altero q̄z cōdita Roma erat: iterū mutat̃ forma ciui
tatis a conſulib⁹ ad decem viros. Et lib. iiij. Dictator
exercitu victore domū reducto die octauo q̄z creat⁹
Pręſepe is penul. ꝓdu. ⁊ pręſepiū ⁊ pręſepes fęmi. generis a pręſepio deducit̄. Plau. Pręſepes mea eſt. Varro. Contra illic laudabatur villa: ſi habeat culinam ruſticam bonam pręſepes laxas. Pręſepe autē ſtabulum dicitur in quo equi muli ⁊ cetera animalia continentur. Virg. Ignauos phucos pecus a pręſepibus arcent. Idem. Stabant tercentū nitidi in pręſepibus altis. Pręſepe etiā quandoqꝫ lupanar dicit̄. Cice. in piſo. Verū audis in pręſepibus audis in ſtupꝛis: audis in cibo ⁊ vino: aut gule. Hoꝛatius. Scurra vagus non qui certum pręſepe teneret. Pręſepiū p̄o locus in quo pabulū animalibꝰ poꝛrigit̄. Apul. lib. vj. me. Pręſepiū meū hoꝛdeo paſſim repleri iubet: fęnūqꝫ bactriano camelo ſuffciens apponi. Col. In ſtabulo ſint ampla pręſepia. Lignū p̄o ad quod equos capiſtris (ita enim ipſa loꝛa dicuntur) religare ſolemus non aliter ꝙ ad anſulam vel vncinū Vacerra nominatur. Hiero. in ſermone de virginis aſſumptione: ⁊ pręſepe ⁊ pręſepium vſurpauit pro loco in quo pabulum animalibus prębetur. Ad pręſepe inquit nato puero multitudinē angeloꝛum cantantem audiſti. Et paulopoſt. Cum eiſdem magis deū puerum in pręſepio adoꝛaſti. Pręſepia numero plurali parua nubecula in cęlo ꝙ in ea aſelli ſtabulari videā tur. Pli. Tunc in ſigno cancri duę ſtelle parue aſelli appellate: exiguū inter illas ſpacium obtinente nubecula quā pręſepia appellāt. Hęc cum cęlo ſereno apparere deſierit: atrox hyems ſequitur.

Pręſentio ante vel pꝛius ſentio. A quo pręſentiſco quo frequentius vtūtur auctoꝛes. Plaut. in Am. Nunc ne legio pręſentiſcat clam illuc redeundum eſt mihi. Ter. in heau. Et ea gratia ſecum adduxiſſe: ne id tu pręſentiſceres.

Pꝛeſtino as penul. coꝛ. a pꝛe ⁊ ſtino: ſignificat pręparo pręoꝛdino. Plau. in epi. Vt ei pꝛeſtines argētū pꝛiuſqꝫ veniat filius. Vide rurſus paulopoſt.

Pręſentiſco is: Vide in dictiōe p̄ſentio de quo modo.

Pręſtituo pꝛius ſtatuo: pręſcribo prędeſtino. Ouidius. Dij ſummū pręſtituere diem. Lactan. lib. vij. Alter ad pręſtitutum tempus cum iam ſponſoꝛ eius dicere tur pręſentiā ſui fecit.

Pręſto as: pꝛeſtiti pręſtitū ⁊ p̄ſtatū. Vnde ⁊ pręſtaturꝰ ſignificat multa. Nam cum accuſatiuo iūgitur: ſignificat excello / ſupero: Quintil. lib. j. Pręſtat tamen ingenio alius alium. Quandoqꝫ nō exprimitur accuſatiuus: ſed ſubintelligitur ꝙuis datiuus etiā poſſet intelligi vt apud Sal. Pꝛimū oīm ꝗ vbiqꝫ ꝓbꝛo atqꝫ petulantia maxime pręſtabāt. Col. lib. ij. Quāuis cādoꝛe p̄ſtet: pondere tñ vincit̄: Si dtūs ſubintelligat̄ ſignabit antecellere qđ datuo conſtruit̄. Si actūs excellere. Cice. li. j. offi. Quoꝝ vero patres aut maioꝛes aliq̄ glīa p̄ſtiterūt hij ſtudēt plerūqꝫ i eodē genere laudis excellere: hic moꝛe ſuo verbū q̄ſi difficile ꝑ facile aperuit: pꝛius p̄ſtiterunt ponens: poſtea excellere. datiuo. Teren. in eunu. Homini homo quid pręſtat quid id eſt quantū pręſtat hoc eſt antecellit. Cice. in Lel. Namqꝫ hoc pręſtat amicicia pꝛopinquitati: ꝙ ex pꝛopinquitate beniuolētia tolli poteſt: ex amicitia non poteſt. Sal. tamen vſum abltō cenſeo. Omnes hoīes qui ſeſe ſtudent pꝛeſtare ceteris animātibus. Hic eīn pꝛeſtare interpꝛetoꝛ: pręſtantioꝛes reddere. Et ideo abltō iungit̄ quoniā comparatiue ſtat. Illud aūt in pꝛimo offi. Difficile eſt autē cū pręſtare omnibus cupiueris ſeruare ęquitatē ꝙ eſt iuſticie maxime ꝓpꝛia: pręeſſe vel pręſidere ſignificat. Ideo datiuo nō ablatiuo iungit̄. Qñqꝫ pręſtare eſt ſatiſfacere ſeu cautionē dare. Et eſt verbū iuriſconſultoꝛū: qui ſcribunt pꝛeſtandū eſſe dolū: pręſtandā noxam ⁊ alia ſimilia. Cice. lib. iij. offi. Quicquid eſſet in pręidio vitij id ſtatuerunt ſi venditoꝛ ſciret niſi nominatim dictuz eſſet pꝛeſtari opoꝛtere. Quandoqꝫ concedere. Idem in eodem. Sin autem non omne dictum pręſtanduz eſt: quod dictum non eſt: id pręſtandū putas? Quādoqꝫ Facere. Idem Emptoꝛem indemnem pręſtare opoꝛtet. Quandoqꝫ beneficiū dare. Pli. Plura hic mihi pręſtitit ꝙ parentes. Quandoqꝫ cauere fugere timere. Idem Toꝛqua. Simus igitur ea mente quā ratio ⁊ veritas pręſcribit: vt nihil in vita nobis pręſtandū pręter culpam putemus: eaqꝫ cum careamus humana oīa placate ac moderate feramus. Qñqꝫ re ipſa perficere ſiue perſoluere. Idem. Et quoniā pręſtitimus quod debuimus: moderate quod euenit feramus. Lactan. lib. iiij. Homines malūt exempla ꝙ verba: qꝛ loqui facile: p̄ſtare difficile. Quādoqꝫ Tribuere. Liui. lib. vj. Pacē quā nos p̄ſtitimus eā a vobis petimus. Lactā. li. j. Quid tales dij pręſtare hominibus poſſunt. Qñqꝫ exhibere: reddere: rep̄ſentare ⁊ tūc habet actm̄ recipꝛocū Cice. lentulo. Sed pręſtare eum qui mihi a teneris vt gręci dicunt vnguiculis es cognitus. Aliquando etiam ſine accuſatiuo recipꝛoco. Idem Tereñ. Neqꝫ legis impꝛobiſſime pęna deductus eſt quo minus hoſpitij ⁊ amicicię ius officiūqꝫ pręſtaret. In tertia vero perſona ſingulari ſignificat melius eſt. Sal. Quouſqꝫ patiemini tandez o foꝛtiſſimi viri Nōne emoꝛi per virtutem pręſtat: ꝙ hanc vitam miſerā atqꝫ inhoneſtā vbi alienę ſuꝑbię ludibꝛio fuerimꝰ ꝑ dedecus amittere

Pręſtantia excellentia: a pręſtans fit. Gel. lib. j. Scite ſubtiliterqꝫ ratiocinatum pythagoꝛam philoſophū dicit in reperienda modulandaqꝫ ſtatus longitudiniſqꝫ eius pręſtantia.

Pręſtabilis excellens. Gelius. Chilo pręſtabilis homo ſapientię. Et pręſtabilis qui facile pręſtat: hoc eſt donat ⁊ remittit: vt eſt illud pꝛopheticū. Quia benignꝰ ⁊ miſericoꝛs eſt ⁊ pręſtabilis ſuꝑ malitia. Item pręſtabile qđ pręſtari poteſt.

Pręſto aduerbiū vt puto loci: quod iungitur verbo ſuz vel fui ⁊ aliquando adſum. Haberqꝫ eaſdez ſignificationes quas adſuz vt ſignificet pręſens ſum pręſidio ſum faueo / iuuo. De pꝛimo Cice. pꝛo lege agraria. Pub. Seruiliꝰ tullus tri. ple. decemuir dicit Pompeio ſalutem. Te volo curare vt mihi ſūmopere pręſto ſis auxiliūqꝫ adducas: dum eos agros quos tuo laboꝛe cepiſti ego mea lege vendā. De ſecundo. Idē pꝛo mure. Ius ciuile didicit: multum vigilauit: labo-

rauit: multis pręſto fuit Itez pręſto eſſe ſignificat aduenire ſiue cōparere. Idem. ad Hereñ. Hirundines ęſtiuo tempore pręſto ſunt hyeme pulſe recedūt.

Pręſter genus ſerpētis venenati qui alio noīe Dipſas dicitur. Unde apud Pli. lib. xxij. Hemorrhoidum ⁊ pręſterū Luc. Oraqꝫ diſtendens auidus ſpumantia pręſter. Eſt ⁊ pręſter ventus turbo dum ardentior et accenſus fuerit vniuerſa amburens ac ꝓterens.

Pręſtolor penul. cor. ex pręe ⁊ ſtolor. Stolor autez a ſto deduciť. Nam Feſtus inquit. Pręſtolari is diciť qui anteſtando ibi quo venturū excipe vult morať: p̄ſtolari igiť ſignificat manere expectare. Plautus. Duz eum domi p̄ſtolor: adoleſcēs aduenit. Cice. li. ij. Inuecti. datiuo iūxit. Qui tibi ad forū aureliū pręſtolarentur. Als pręſtolari ſignificat pręſto eſſe (vt inquit Dona.) ⁊ parere atqꝫ obſequi.

Pręſtringo ante ſtringo ſeu valde ſtringo. Lactā. li. vij Tum quoruz peccata vel pondere vel numero pręualuerint pręſtringentur igni atqꝫ comburentur. Interdum pręſtringere eſt claudere obtenebrare. Verbū a pręſtigiatorib⁹ tranſlatū qui aciē oculoꝝ ſuis vafrAmentis pręſtringere conſueuerūt. Unde pręſtigiū cuius inuētor fuit Mercurius. Cice. Exiſtimat ſe gēmenitore ⁊ auri ſplēdore aſpectus oīm pręſtringere Interdū attingere. Idē de ſignis. Ignoſcite rei magnitudo me breuiter pręſtringere atrocitatē criminis nō ſinit. Interdū Radere. Idē in phil. Cuius quidez portā capue pene pręſtrinxiſti.

Pręſtigiator diciť qui circūſtantibus ita oculorū aciem pręſtringit: vt non aduertant dolū. Qui ⁊ pręſtrictor vocatur. Diciť et pręſtigiatrix apud Plau. in Amp. Quidā p̄ſtigiator dici putāt a ſtyge ⁊ tenebris ꝙ ita aciē oculoꝝ pręſtringat vt res aliter videri faciat q̄ꝫ ſint. Varro a ſcientia dici putat.

Pręſtigiū ſeu pręſtigię incātatiōes deluſiones: quę qm̄ dexteritate alie appareant q̄ꝫ re vera ſint illi qui eas faciūt dicunť pręſtigiatores. Hiero. Nolite potentiā dñi magoꝝ pręſtigijs adęquare.

Pręſtruo is: prius ordino ędifico ve. Col. lib. j. Quippe ab imo pręſtructa valenter reſiſtent: cōtra ea quę poſtmodū ſuppoſita incūbent.

Pręſideratio eſt cum maturior tēpeſtas hiberna p̄propero rigore improuiſo opprimiť.

Pręſul a pręſilio is: fit qđ eſt anteſalio: et is appellabať apud antiquos qui primus erat inter ſalios martis ſacerdotes: a ſaliendo dicti in portandis ancilibus. Hinc pręſulatus ꝓ ipſa dignitate.

Pręſultor: qui ſaltantiū choream ducit.

Pręſulto as ante ſalto. Liui. lib. vij. Si tu ꝑmittis volo ego illi belue oſtendere quando adeo ferox pręſultat hoſtium ſignis me ex ea familia ortum: que galloruz aginen ex rupe tarpeia deiecit

Preſumo is: prius ſumo. Pli. li. xxxvj. Theophraſtus auctor eſt potores in certamine labēdi pręſumere farinam eius. ſ. lapidis. Per tranſlationez p̄ſumere eſt temere audere. Hiero. Hanc garrula anus: hāc delirus ſenex: hāc ſophiſta verboſus: hanc vniuerſi p̄ſumunt: lacerāt: docent anteq̄ꝫ diſcant.

Pręſumptio anteſumptio. Unde apud rhetores pręſumptio dicitur cum in aduerſarij cauſa vel in iudicis opinione contrarium nobis eſſe aut fore arbitramur pręoccupamus dicere ⁊ cum ratione diſſoluere Quintil. lib. ix. Mire vo in cauſis valet p̄ſumptio q̄ προληψισ diciť cū id qđ obijci poteſt occupamus que pręcipue ꝓemio cōuenit. Pli. orator ad Pauli. ſimpliciter dixit. Ego beatiſſimū exiſtimo eū qui bone ac manſure fame p̄ſumptione ꝑfruiť: certuſqꝫ poſteritatis cū futura gloria viuit.

Pręſumptuoſus ⁊ pręſumptor in malā partē accipiuntur. Hiero. in pręfa. li. de natiuitate Virginis. Res quidē actu nō difficilis: ſed periculo veritatis admodum p̄ſumptuoſa. Idē in ꝓlo. euang. Si autē veritas eſt querēda de plurib⁹: cur nō ad grecā originem reuertentes ea q̄ vel a vitioſis interpretib⁹ male ędita vel a pręſumptoribus imperitis emēdata peruerſius: vel a librarijs dormitantibus: aut addita ſunt: aut mutata corrigimus?

Pręſcurreſis pe. cor. a dormio dicitur.

Pręſidatus: Aug. lib. v. confeſ. Suppetit amicorū maiorum copia vt nihil aliud feſtinemus vel pręſidatus dari poteſt ⁊ ducenda vxor.

Preſtino as: pe. cor. emendo teneo. Plau. in epi. Vt eū pręſtines argento priuſq̄ꝫ veniat filius.

Pręteg0 is penul. cor. preuelo: ante tego. Lactā. lib. v. Tum vitia ſua capillis ⁊ pallio ⁊ qđ maxime eſt velamentū: diuitijs pręteg ebat.

Pręt endo anterēdo. Leo papa. Non deſiniť hoſtis antiquus deceptionis laqueos vbiqꝫ pretēdere. Quādoqꝫ prefero. Virgi. lib. iiij. Geor. Fumoſqꝫ manu p̄tende ſequaces. Qñqꝫ pręmonſtro exhibeo Lactā. lib. iij. Quid contēptus ille rerū q̄ magnificis verbis pręt enditur? Cicero. Priuatorum munus eſt ęquo ⁊ pari cum ciuibus iure viuere: neqꝫ ſūmiſſum ⁊ abiectum neqꝫ ſe efferentem pręt endere. Quandoqꝫ pretexo. Virg. lib. iij. Geor. Riuos deducere nulla Religio vetuit: ſegeti pręt ēdere ſepem. Lactātius per tranſlationem lib. iiij. dixit. Ne ſi fuiſſet alienigena iuſtam poſſent excuſationem de lege pręt endere id eſt allegare.

Pręt ento as prius tento. Quintil. lib. iiij. Sed quid in ingreſſu parcius ⁊ modeſtius pręt entanda eſt iudicis miſericordia?

Pręter pręp oſitio que cum a pre deſcendat ſcribitur ꝑ ę diph. Et modo ſeparatur: modo cōponiť: ſeparata vim excipiendi habet: ⁊ ſemꝑ actō iungitur: vt nullū timeo pręter deū. Aliquādo ſignificat vltra. Quint. Multa erant pręter hęc q̄ obijci merito potuiſſent. Pli. libro. x. Pręter hominē ſomniare equos: canes boues: pecora: capras palam eſt. Aliquando ſignificat ante. Cice. in ver. Pręter oculos ſoli ferebāt. Aliqñ ſine Salu. Pręter rerum capitaliuz condēnatos Aliquādo contra Teren. in an. Pręter ciuiū morem atqꝫ legem. Cōpoſita vero plerūqꝫ ſignificant vltra. Et cōponitur cum dictione incipiente ab f. vt pręterfluo: e vt pręt ereo: g vt pręt ergradior: m vt pręt ermitto: u vt pręt eruolo.

Pręter ſpem ſignificat ex inſperato. Sic preter opinionem ex inopinato: vel cōtra ſpem: ſeu cōtra opinionē

Pręterea aduerbium deductum a pręter: ſignificat vltra ea quę dicta ſunt. Et interdum habet pronomen tam ſingularis q̄ꝫ pluralis numeri incluſum. De ſingulari. Virgili⁹. Si duo pręterea tales Idea tuliſſet terra viros: id eſt pręter euz. ſ. ęneam. De plurali. Cicero Lentulo. Pręterea quidez de conſularibus nemini poſſum erga te eſſe teſtis. i. pręter eos: ⁊ nō ſolum preter eum vel eos: ſed etiā te: vt te doctū exiſtimo p̄terea neminem. i. pręter te. Pręter me: vt mihi credis p̄terea nemini. Eodē modo pręter nos: pręter vos: pręter illos. Et pręterea qñqꝫ poniť pro poſtea. Virgi. Preterea haud ſupplex aris īponit honores.

Pręterq̄ꝫ tota vna dictio: ſemꝑ requirit pręcedentē caſum: quia idem verbuz ſubintelligitur: vt nemo id dixit pręterq̄ꝫ Cice. Nullius id intereſt pręterq̄ꝫ patris Nulli id placuit pręterq̄ꝫ Cęſari. Neminez pręterq̄ꝫ pręt orē timeo. O vos omnes pręterq̄ꝫ Plato legite A nemine pręterq̄ꝫ a Socrate didici. Significat etiā aliterq̄ꝫ. Liui⁹ lib. j. Vocata ad concilium multitudine que coaleſcere in populi vni⁹ corpus nulla re pręterq̄ꝫ legibus poterat iura dedit.

Pręterq̄ꝫ ꝙ ſignificat niſi. Pli. Oia nob ex voto ſucceſ

ferūt pręterq̄ ꝙ in itinere defunctam matrē audiuimus. Sunt qui putent eſſe vnam tantū dictionē.

Prętercꝫ ſignificat inſuper: pręterea. Pli. lib. xxiij. Prętercꝫ ſerpentium ictus.

Pręterpropter tota vna dictio ſignificat pręterq̄ propter: hoc eſt ꝓpter aliam cauſam q̄ ꝓpter eā de qua loquimur: vt ꝑterpropter vitā viuitur: hoc eſt ꝓpter aliam cauſam viuitur: q̄ vt viuatur: vtputa propter laudem vel ꝓpter gloriā. Hennius. Imus huc hinc illuc cū illuc ventū eſt: ire illinc libet: incerte errat animus ꝑterpropter vitam viuitur.

Prętereo is iui: ⁊ pręterij pręteritū ſignificat: vltra eo. Tereñ. in Eu. Dum hec reputo: inprudens villā pręterij. Unde tempus pręteritum quod iam nō eſt: ſed vltra iuit. Et pręteriti dicuntur extincti. Propertius Fas eſt pręteritos ſemper amare viros. Item pręteriti dicuntur qui in petitione magiſtratuū repulſam habuerūt: vt ſępe apud Ciceronē inuenies.

Pręterbito as: penultima correpta frequentatiuū ſignificat frequenter eo. Interponitur b. quaſi pręteritotas. Plautus in epiſto. Caue pręterbites vllas ędes q̄n roges ſenex hic vbi habitat piphanes platenius.

Prętermitto intactum relinquo. Lactantius libro. v. Mirum qđ Apuleiū prętermiſit cuius ſolent ⁊ multa ⁊ mira memorari.

Pręteruehо vltra veho. Auguſtinus. Pręteruectus omnem villam.

Pręteruolo as: penul. cor. celeriter ꝑtereo. Lactā. li. ij. O callide periculū pręteruolauit. Proprie tamē pręteruolare ſignificat vltra volare.

Prętexo prętexis: prius texo: prius facio: ſeu prius ordino: vt Ciceronis exemplum a Priſciano prolatuꝫ indicat. Sic omnia que fiunt: quecꝫ aguntur leuioribus principijs natura ipſa prętexuit. Aliquando ponitur pro contego abſcondo: quaſi aliud q̄ ſit oſtendo. Unde

Prętextum dicitur illud velamentum quo moueri aliquis videtur ad aliquid agendū: cum tamen alia cauſa moueatur. Sue. de Cęſa. Et prętextū quidem illi ciuilium armorū hoc fuit: cauſas autē alias fuiſſe opinantur. Uirg. Non tamen anna nouis ꝑtexere funera ſacris Germanā credit.

Prętexta toga genus veſtimenti oblongum ac talare: quod ſupra tunicas honorati quicꝫ ſumunt. Dicta ꝙ ei purpura prętexebat. Hec vna cū bulla in vſum puerorum nobilium vſurpabatur. Unde prętextati dicebantur qui nondū. xvij. annos pręterierant: a prętexta quā induebant. Et hac depoſita accipiebant togam virilem cum ad annum. xvij. perueniſſent: tanq̄ nō pueriliter ſed viriliter vita eſſet pagēda. Nā pueri exiſtimabantur qui minores eſſent annis ſeptēdecim. Unde Ulpi. ait Pueritiaꝫ dūtaxat annis. xvij. qui eos non in totum compleuit prohibetur poſtulare. Cicero. Ego autem a patre ita eram deductus ad ſceuolā ſumpta virili toga: vt quoad poſſem et liceret a ſenis latere nunq̄ diſcederem. Seneca libro. j. epiſtolarum. Tenes vticꝫ memoria q̄tum ſenſeris gaudium cum prętexta poſita ſumpſiſti virilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attributam exiſtimant togam prętextam: vt ex purpure rubore ingenuitatis rubore regerentur. Lege Macrobium lib. j ſatur. Unde olim Papirius cognominatus eſt prętextatus ob tacendi loquendicꝫ in pretexta ętate prudentiam. Id poſtea cognomen in omnem eius familiam tranſlatum fuit. Erat et prętexta geſtamen magiſtratuum ⁊ regum. Nac Tul. Hoſtilius primus vſus eſt (vt inquit Plinius) qui debellatis ethruſcis ſellam curulem lictores et togam pictam atcꝫ prętextam quę inſignia magiſtratuum ethruſcorum erant Romam trāſtulit. Sed poſtea Tarquinius Demarati filius cum de ſabinis egiſſet triumphum: quoniā eo bello filius ei⁹ annos quattuordecim natus hoſtē manu percuſſerat: et pro contione illum laudauit: et prętexta ac bulla aurea donauit: inſigniens puerum ſupra annorum ſortem pręmijs virilitatis ⁊ honoris Prętexte igitur ⁊ bullę geſtande mos a Priſci Tarquini filio deductus eſt. Sunt tamen qui tradūt eundem Priſcum cum ſtatum ciuitatis ordinaret inſtituiſſe vt patriciorum filij bulla aurea vterentur: ⁊ togam quę purpura prętexitur hijs tantū quorum patres ciuilem magiſtratum geſſiſſent: ceteris prętextā tantū indulſiſſe: vſcꝫ ad eos: quorum parentes ſtipēdia iuſta meruiſſent. Fuit ⁊ in vſu prętexta pulla qua nulli alij licebat vti: niſi ei qui funus faciebant. Prętexte etiā fabulę dictę ſunt a prętexta. Horatius. Uel qui prętextas: vel qui docuere togatas. In his imperatorum negocia agebantur ⁊ publica. Regeſcꝫ romani: vel duces inducebantur perſonarum dignitate pene tragedijs ſimiles: dictę prętaxtate: ꝙ in his fere regum aut magiſtratuum acta comprehenduntur qui principio ꝑtexta toga vtebantur.

Prętextatum ſermonem veteres obſcenum appellauerunt: ab eo ꝙ prętextatis nefas ſit obſceno verbo vti vel (vt quidam aiunt) ꝙ nubentib⁹ depoſitis prętextis a multitudine puerorum obſcena clamētur. Suetonius in Ueſpa. Erat enim dicacitatis plurime: et ſic ſcurrilis ac ſordide: vt ne prętextatis quidem verbis abſtineret. Sic Macrobius libro. ij. ſatur. Hęc nobis ſit litterata leticia: ⁊ docta cauillatio vicē planipedis ⁊ ſubulonis impudica et pręteхtata verba iacictis. Sic ꝑtextati mores dicunt̄ a ſatyrico poeta.

Prętor omnis magiſtratus appellabatur cui pareret exercitus. Unde imperatores prętores quādocꝫ vocantur. Cicero ad Hereñ. Epaminundas thebanorum imperator ei qui ſibi ex lege ſucceſſerat prętori exercitum non tradidit. Ubi victorinus. Notare debemus omnes magiſtratus ꝑtores appellatos. Sed patres quo tempore. L. Seſtius primus ex plebe cōſul creatus Furium Camillum primū prętorem vrbanum qui ius in vrbe diceret creauerunt. Mox vnico prętore non ſufficiente: ꝙ multi ꝑegrini in ciuitatē venirent: alius creatus eſt peregrinus: eo ꝙ plerūcꝫ inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde ſardinia alijſcꝫ prouincijs: totidem prętores quot prouincię in ditionem venerant creati ſunt: partim qui vrbanis rebus: partim qui prouincialibus pręeſſent. Dictus prętor: vt Liui⁹ innuit a pręeſſendo. vt Uarro a ꝑeūdo: quaſi preitor ꝙ pręiret iure et exercitu. Et Liuius libro. v. ſcribit primū prętorem ex patribus qui ius vrbe diceret creatum fuiſſe penes quem magiſtratū omnis publici/priuaticꝫ iuris poteſtas: vt ⁊ nouum ius condere ⁊ vetera abrogare facultas eſſet. Idcꝫ ob magiſtratus honorem ius honorarium appellatum eſt cum tamen regia illi eſſent inſignia vt apparatu conſulib⁹ pene par videretur: creatus cum conſules auocarentur bellis finitimis: nec eſſet qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas ꝑtura dicit̄.

Prętorius vir qui pręturā geſſit. Cice. pro plancio. Cedat conſulari generi prętorium: nec contendat cū prętorio equeſter locus.

Prętorius a um quod eſt prętoris: ſeu quod ad prętorē pertinet: vt prętorium ius: prętoria cohors: quę a prętore non diſcedebat. Scipio enim aphrycanus primus fortiſſimū quēcꝫ delegit: qui ab eo in bello non diſcederet: ⁊ certo munere militię vacaret: ⁊ ſeſquiplex ſtipendium acciperet. Prętoria vero porta dicitur qua exercitus in prelium educitur: quia initio prętores erant qui nūc cōſules: ⁊ hij bella adminiſtrabāt

Prętorium domus in qua prętor habitat: ſiue dux quia vt dictum eſt: omnis magiſtratus cui pareret exerci-

tus prętor dictus eſt. Liuius libro.iij. Querc⁹ ingẽs arbor prętorio iminebat: cuius vmbra opaca ſedes erat. Hoc alio nomine a Quintil. dicitur Auguſtale. Ponitur etiam pro magnifica et ampla domo in agro ⁊ ruri extructa in quę ędificia pecunias ingentes effundebant. Sueto. de Cali. In extructionibus prętoriorum atq̃ villarum omni poſthabita ratione nihil tam efficere concupiſcebat q̃ qđ effici poſſe negaretur. Palla. libro. j. Ipſius prętorij ſitus loco aliq̃tenus erectiore ⁊ ſicciore ꝓpter iniuriam fundamentorũ: ⁊ vt leto fruatur aſpectu.

Prętorianus qui apud prętorem ſeu in prętorio verſat̃. Cicero pro Celio. Nemini vnq̃ pręſenti prętoriani maiores honores habuerunt q̃ M. Celio. Et prętoriani milites honoratiores erãt qui Romę habebãt caſtra quę prętoria dicebantur. Ex prętoriano exercitu Otho factus eſt imperator.

Pręualeo les penultima correpta antecello: ⁊ quaſi in maiori pręcio ſum: vel melior ſum. Plinius. Vtreq̃ in pręcio ſunt: ſed tamen pręualent margaritę. Et libro. x. Vulturum pręualent nigri. Aliquando pręualere ſignificat potentiorẽ ſeu robuſtiorẽ eſſe. Hiero. lib. ij. Regũ. Noluit autem Amon acquieſcere: ſed pręualens viribus oppreſſit eam.

Pręuaricor pẽnul. corre. ex prę ⁊ varicor: q̃uis ⁊ diuarico dicatur. Varicari autẽ a varicib⁹: quę (teſte Nonio) ſunt vene in ſuris inflexe ⁊ obtorte: Pręuaricari ꝙ̃ eſt a recto diſcedere. Plinius lib. viij. Arator niſi incuruus p̄uaricatur. Hinc pręuaricator a varicando: hoc eſt tranſgrediẽdo dictus eſt: qui ab officij ſui pręſcripto deflectit atq̃ aberrat. Pli. Iunior. Alioquin pręuaricatio eſt tranſire dicenda. Pręuaricatio etiam curſim ⁊ breuiter attingere quę ſunt inculcanda infigẽda repetẽda. Martianus iurecon. Pręuaricatorẽ fuiſſe ſcribit eũ qui colluderet cũ reo: ⁊ tranſlatitio munere accuſandi defungeretur: eo ꝙ proprias quidẽ ꝓbationes diſſimularet: falſas vero excuſationes admitteret. Cice. ꝓ Cluentio. An vt pręuaricaretur: iam id quoq̃ ad corrumpendũ iudiciũ pertinet. Vlp. ſcribit p̄uaricatorẽ eſſe qui aduerſam partez adiuuat ꝓdita cauſa ſua: allegatq̃ labeonẽ qui hoc nomen a varia certatione tractũ ſenſit.

Pręuebo me prius duco. Liuius li. ix. Sed equites romani pręuecti per obliqua campi cum ſe fugientib⁹ obtuliſſent.

Pręuelo las: pe. ꝓducta prius operio. Claud. lib. ij. de rap. Et ſparſos relegant crines ⁊ vultibus addunt. Flãmea ſollicitũ pręuelatura pudorẽ.

Pręuello is: per duplex. ll. anteuello.

Preuenio anteuenio: anticipo. Ambroſius. Iã ab alio amatore p̄uenta ſum.

Pręuerto ⁊ pręuertor depo. id eſt p̄tereo p̄cedo. Virg. Volucreq̃ fuga pręuertitur hebrum. Item anteuerto vel antepono. Plau. in amphi. Illuc redeundum eſt mihi ne me vxorem pręuertiſſe dicãt prę repu. Itẽ reuoco. Idem in eadez. Flebilis pręuertit̃ metus accurro vt ſciam quid velit.

Pręuideo anteuideo. Pli. Id nos futurum pręuideramus. Hinc p̄uidẽtia q̃ duplex eſt. Aut enim animo: aut oculis p̄uidemus. Pręuideo eſt quaſi caueo.

Pręuius qui p̄eundo viã monſtrat. Leo papa. Sequũtur tres viri ſupni luminis ducatũ et pręuij fulgoris indiciũ intenta cõtemplatione comitantes.

Pragma atis: latine actio ſeu negocium dicitur. Inde pragmaticus negociator vel forẽſis: iuris interpres oratoris miniſter qui in foro ac iudicijs verſans lites dirimit. Iuuena. Inde cadunt partes in fędera pragmaticorum: hoc eſt a iudicio diſcedunt ⁊ litem arbitrio forenſium aduocatorum ſeu procuratorum dirimendam p̄mittũt. Cice. li. j. de ora. Itaq̃ nõ vt apud gręcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe prębent in iudicijs oratoribus hij qui apud illos pragmatici vocantur.

Pragmatica ſanctio dicta eſt ꝙ per eaz a ſupremo atq̃ ordinario iudice diſcedatur ⁊ omnia pragmaticorũ arbitrio terminẽtur.

Praxis gręce latine terminatio dicit̃ vel actio.

Prandium ab ędendo dicit̃ quaſi parediũ: cibus q̃ ante meridiẽ ſumit̃: vel dicit̃ q̃ſi parãdiũ: q2 debemus accipere qđ paratũ eſt. Cui⁹ diminutiuũ eſt prandiolũ ſiue prandiculũ: qđ Ientaculũ appellat̃.

Prandeo es di: pranſus ſum. Plau. in mene. Prãdi ⁊ potaui: ſcortũq̃ accubui. Pranſos veteres vocabãt nõ ſolũ qui ędiſſent: ſed etiã quib⁹ nihil deeſſet. Var. Pranſum te ac paratũ eſſe oportere.

Pranſito as: pe. cor. frequẽtatiuũ: qđ Plau. i Amphi. cum actõ conſtruxit. Neq̃ homines inquit qui polẽtam pranſitãt.

Praſinus penul. cor. color viridis ad ſimilitudinẽ porri. Nam πρασον latine porrũ dicit̃. Hinc veſtes e viridi lana praſina dicuntur. Mar. De nr̃a praſina ſyntheſis empta toga. Plau. Praſina coccina tyria focale ſoccos monilia amiſit.

Praſius gẽma quedã e viridantiũ genere.

Pratum eſt in quo ad fructũ percipiendũ falce dũtaxat opus eſt: ex eo dictuz ꝙ ſine ope paratũ ſit ad fructũ faciendu3. Colu. libro. ij. Prato veteres romani primas in agriculatiõe tribuerũt partes. Nomẽ quoq̃ indiderunt ab eo ꝙ protinus eſſet paratum nec magnum laborem deſideraret. Prata etiam dicuntur quę nunc viridia vt plurimũ buxo ⁊ lauro frequentata. Hinc pratẽſis ⁊ hoc pratẽſe qđ eſt ex prato. Col. lib. vij. Eoſq̃ nemo dubitat quin optimi ſint vitia in falcem ligata et cicercula. Itẽq̃ pratẽſe fęnũ.

Prauus a um: qđ non eſt rectum: vt Erunt praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas. Transfertur etiam ad animũ vt cum dicimus praui mores.

Praxaſpes nobilis perſa qui Smerdin Cambyſe fratrem iuſſu regis occidit: vt ait Hiero.

Praxiteles penultima correpta nomẽ ſtatuarij qui marmorum nobilis ſculptor fuit. Sculpſit inter cetera Venerem Gnidi quę in toto orbe pręcipua habita eſt. Multiq̃ vt eam viderunt Gnidum ſunt profecti. De hoc Propertius. Praxitelem parius vindicat arte lapis.

Precor aris: cum accuſatiuo ſignificat oro. Hierony. lib. iij. Regũ. Nunc vnã petitionẽ precor a te. Iunctum vero cum datiuo: idem eſt quod opto alicui bonam vel malam fortunam. Quintil. Et omnia ſoluẽtibus bene precemur. Huius cõpoſita ſunt Deprecor de quo ſupra. Imprecor penultima correpta qđ in bonam ⁊ in malaz partem accipitur. Quintil. Nõ imprecamur debilitates naufragia morbos. Hiero. in Geñ. Dimiſerunt igitur eam ⁊ nutricem illius ſeruũq̃ Abraam et comites eius impręcantes proſpera ſorori ſue. Idem ad Pãma. Cui multos imprecamur annos vt hereſeos rediuiua plantaria per illius ſtudium arefacta moriantur. Idem contra Helui. pro oro tantum poſuit cum inquit. Deus pater eſt imprecandus.

Precarium eſt qđ precibus petendi vtendum conceditur tã diu q̃ is qui conceſſit patitur. In hanc ſententiam dictum eſt a Seneca hominem eſſe precarij ſpiritus. Et apud Curtium ait Alexander. Mori preſtat q̃ precario imperator eſſe. Idem. Sed precariũ ſpernebatur imperium vbi precarium imperium dicitur id quod tam diu obtinetur q̃ diu qui conceſſere permittunt. Precario nomine ipſa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terentius in Eunucho. Seu vi/ſeu clam/ſeu precario. Paul. Precario ha-

bere videtur qui poſſeſſionem corporis vel iuris adeptus ex hac ſolūmodo cauſa ꝙ adhibuit preces ⁊ impetrauit ꝙ ſibi poſſidere aut vti liceat: veluti ſi me ꝓcario rogaueris per fundum meum ire vel agere tibi liceat: vel vt in tectum meum ſtillicidium vel tignū in parietem imiſſum habeas.

Precium quod datur pro re empta. Hinc precioſus ſa ſum: qđ eſt multi precij. Cice. lib. iij. offi. Querit ſi in mari iactura facienda ſit: equi ne precioſi potius iacturam faciat an ſerui vilis.

Precioſior: maioris precij. Plau. Et alij precioſiores: alij viliores habeant edes.

Premo is ſſi ſſum: ꝓprie calco: ⁊ initor alicui rei cū pondere. Uirgilius. Et ſpirantia cogere preſſis Mella fauis. Idem Enei. ij. Ueluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens. Quādoꝫ premere eſt ſtringere. Hieronymus in prologo Job Ut ſi velis anguillam aut murenulam strictis tenere manibus: quanto fortius preſſeris: tanto citius elabitur. Quādoꝫ firmare. Idem in paulo. Quo cognito gradum preſſit Antonius. Quandoꝫ vexare. Uirgi. Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoſte. Quandoꝫ effodere. Idem. Sulcumꝫ ſibi premat ipſa carina. Quandoꝫ inſequi inſiſtere: vt Hac fugerent graij premeret troiana iuuentus. Quandoꝫ vrgere: vt Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Quandoꝫ occultare: vt Spem vultu ſimulat: premit altū corde dolorem. Quandoꝫ expellere. Uarro. Inuitamꝫ preſſit ab edibus. Quandoꝫ cohibere Uirg. Imperio premit: ac vinclis ⁊ carcere frenat. Quandoꝫ claudere. Idem. Preſſiꝫ oculos ac vulnera laui. Quandoꝫ vitiare. Uarro. Qui totiēs villici tui vxorem abſente preſſiſti viro. Quandoꝫ remouere: excitare. Uirgilius. Et ruris opaci falce premes vmbram. Quandoꝫ vaſtare: vt Pelago premit arua ſonāti. Quandoꝫ occidere. Idem. Armigerāꝫ domi premit. Quandoꝫ demergere infodere. Idem. Quod ſupereſt quecūꝫ premes virgulta per agros Sparge fimo pingui. Huius compoſita ſunt comprimo: deprimo: exprimo: opprimo: imprimo: reprimo: et ſupprimo: que habent penul. correptā.

Preſſo as: frequentatiuum. Uirgilius. Preſſabimus hubera palmis.

Preſſus a um: ꝙ eſt ſubtile. Cicero in Hortē. Quis te autem eſt aut fuit vnꝗ̄ in pertiundis rebus: in diffiniendis ⁊ explicandis ſententijs preſſior. Aliquādo dicitur honeſtum grauatum. Uirgi. lib. j. Geor. Ceu preſſe cum iam portum tetigere carine. Preter hec: ea ſignificat que premo.

Preſſus us: ipſa preſſio. Cice. lib. iij. de orato. Valeriū ſoranum lenitate faucis: atꝫ in ipſo vocis preſſu et ſono facile vincat.

Preſſura idem qđ preſſus. Aug. Stipantur parietes preſſuris ſe vrgent prope: ſe ſuffocant multitudine: Per tranſlationē capit̄ pro vexatione: vt in euange. Et in terris preſſura gentium.

Prepon πρεπον: latine perſona vel decorum dicitur. Ambro. Decorum autē in noſtris ſcripturis primo conſtitui loco: qđ grece prepon dicitur.

Preſbyter grece/latine ſenior dicit̄.

Pretides preti filie carminibus poetarū celebrate. He cum furore agitarentur: ſanate helleboro a Melampode ꝓhibentur: a cuius nomine vnū hellebori gen⁹ appellatur melāpodion.

Priamus penultima correpta Laomedōtis traianorꝫ regis filius απο του πριαμαι qđ eſt emere. Naꝫ cum Hercules Laomedontē occidiſſet priamū redēptum a vicinis hoſtibus in paterno regno locauit.

Priapus penultima ꝓducta deus hortorū creditus: et liberi patris ac nymphe ſeu veneris filius quia vinū venerē cōmouet. Hic ⁊ lampſacenus dictus eſt a lāpſaco helleſponti oppido.

Priapiſmus morbus eſt cum genitales partes in ſolā longitudinē ꝓtenduntur: ⁊ in circulum tumeſcunt ſine veneris appetitu. Aiunt quidam priapiſmuꝫ eſſe vulue ſicut mēbri virilis tentiginē.

Priene vrbs maritima vt inquit Strabo. que inuectu Meandri fluminis inter ipſam miletūꝫ labētis mediterranea facta eſt.

Pridem aduerbiū temporis quaſi prius die: ſignificat paruo tempore prius. Pli. lib. xvij. Ipſi vero prideꝫ vidimus ea omnia preter pubertatem in filio Cornelij Taciti equitis romani. Aliquando longo tempore prius Apule. Quod pridem Plato affirmauerat Eiuſdem ſignificationis ſunt iampridem: dudū: iamdudum: nuper: iamdiu. Que ſi cum pridem aut dudum addamus: non vel ꝗ̄ vel ita: ſignificant ſemper multo tempore ante. Pli. libro. v. Medica non pridem venit in Italiam: id eſt non multo tempore ante Cicero pro roſcio. Ꝗ̄pridem Fauni nomē detuliſtis hoc eſt ꝗ̄ multo tēpore ante. Terentius in Eunucho Huc euaſit ꝗ̄pridem pater mihi ⁊ mater mortui eſſent id eſt ꝗ̄ntum tēporis preiuit. Cice. in bruto. Noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. i. nō multo tēpore ante.

Pridie ⁊ pridianus: Uide in dictione Poſtridie.

Prior nomen comparatiuum qđ non ſolum ad duos: ſed etiam ad plures referri poteſt. Gel. lib. xiiij. Quotienſꝫ vſu veniſſet: vt omnes iſti magiſtratus codeꝫ tempore Rome eſſent qui eorum prior alijs eſſet: et potiſſimus ſenatuſconſulendi ius fuiſſe. Apul. lib. ij. flo. Ut hippias e numero ſophiſtarum eſt artiū multitudine prior: omnibus eloquētia nulli ſecūdus

Primus quandoꝫ ad numerum ſeu ordinem refertur: vt primus/ſecundus/tertius. Quādoꝫ dicitur princeps: ſicut ⁊ princeps ponitur pro primo. Uirgilius Prima quod ad troiam: pro charis geſſerat argis. Quandoꝫ capitur pro optimo: ſicut ⁊ prior pro meliore. Idem. Primos iuuenū tot miſerit orco. Quandoꝫ pro precipuo. Idem. Quantos primus patiare labores. Quandoꝫ pro eo: ante quem nullus eſt. Idē. Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Fit autem primus a pridem: abiecta dem: ⁊ accepta mus: ſicut prior accepta or. Hinc fiunt aduerbia primo: prime: apprime: primū: primitus: primiter ⁊ imprimis: ⁊ principio.

Primū aduerbium: a quo fiunt compoſita ꝗ̄primum ⁊ vt primum.

Primulus penultima correpta diminutiuū ē a primus.

Primarius a um qđ aliunde non habet originem. Primarius lapis: qui primus etiā in aliquo edificij fundamento ponitur. Primarij ciues qui primi ſunt in ciuitate qui etiā primates dicunt̄.

Primates dicti ſunt qui ⁊ ſūmates ſiue optimates: qui ſunt primi in ciuitate.

Primores ſumme queꝫ res. Lucil. Cum gallus gallinaceus digitos primoreſꝫ erigit vngues. Hinc primores ꝓ optimatibus. Sueto. Scripta famoſa vulgoꝫ edita quibus primores viri ac femine notabant̄ aboleuit. Et primores dentes qui primi parent.

Primeuus a um: qđ eſt prime etatis: ſicut grandeuus grandioris etatis.

Primitiuus a um: qđ aliunde non habet originem: ſiue qđ ꝑ ſe inuentū eſt. Unde ⁊ primitiua verba ꝗ̄ per ſe inuēta ſunt: nec aliunde deriuant̄.

Primigenius a um: idem qđ primitiuus. Et ꝓprie primigenia dicūtur ſemina que dedit natura: que Cice. prima nature. Et greci τα πρωταφυσεοσ appellāt In his numerant incolumitatem: conſeruationemꝫ omniū partiū valitudinem: ſenſus integros: doloris

vacuitatẽ: vires: pulchritudinẽ: ceteraqꝫ huiuſmodi. Et verba vocãtur primigenia: vt lego/ſcribo/que nõ ſunt ab alio verbo: ſed ſuas habẽt radices. Item primigenius ſulcus dicit̃: qui in cõdenda noua vrbe tauro ⁊ vacca deſignationis cauſa imprimũtur.

Primigeni fetus ipſi primogeniti. Unde apud Lucre. Coortus ⁊ dies mundi primigenus.

Primogonitus (inquit Hierony. contra Heliud.) eſt qui aperit vuluam: ⁊ ante quẽ nullus eſt genitus: non is quẽ frater poſt genitus ſubſequitur. Et omnis vnigenitus eſt primogenitus. Alioquin ſi non primogenitus eſſet niſi is tm̃ quẽ ſequũtur fratres: tam diu ſacerdotibus ꝓmogenita nõ deberent̃: qꝫdiu ⁊ alia fuerunt ꝓcreata: ne forte partu non ſequente vnigenit° ſit ⁊ nõ primogenitus. Eſt igitur primogenitus non poſt quẽ alij: ſed ante quẽ nullus eſt genitus.

Primanus tribunus erat qui prime legioni tributum ſcribebat: ſicut ſecũdan° qui ſecũde: tertian° q̃ tertie.

Primipare penultima correpta dicuntur parentes que primo pepererunt.

Primitium qꝺ in aliqua re primũ ⁊ principale eſt. Ouidius. Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris Primitiũ torrem.

Primitie arum: primi fructus ex agro ſuſcepti qui deo offeruntur. Plinius romanorũ abſtinentiã cõmendans inquit: non deguſtaſſe eos vina aut nouas fruges priuſqꝫ ſacerdotes primitias libaſſent.

Primordia que primo ordimur: hoc eſt initia.

Primipilus centurio prime cohortis: vt Liuius li. vij. ſcribit. Nam ordo partes tris habebat: quarũ vnam quãqꝫ primũpilũ vocabant. Sueto. Primos pilos centurionib° ademit. Primipilus: vt ait Vege. li. ij. cccc. milites ducebat in ꝓma acie: eratqꝫ caput legionis. Hinc primipilaris dici videtur nõ tam milites q̃ fuerunt ſub centurione primipili qꝫ ipſe centurio qui olim preditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicit̃ primipilaris qua conſularis.

Primicerius a cereo fit: vt auctor eſt Hiero. in chronicis ⁊ Caſſiodorus in epiſtolis: qm̃ ⁊ grece προϲτόκηριοϲ dicat̃. Ammianus ꝙo refert inter tribunos fuiſſe qui dicerent̃ primicerij. Vexati ſunt inquit multi ⁊ nocentes inter quos Ualentius ex primicerio protectorum tribunus. De ſecundicerijs quoqꝫ mentio eſt apud veteres.

Princeps generis cõmunis: qui vel que principatũ tenet: q̃ſi primũ caput. Et princeps dicitur dñs: ꝙ q̃ dominatur primus ſit. Item dicitur primus vel prima Uirg. Princeps ardentẽ cõiecit lãpada turnus.

Principiũ initium: ⁊ modo ad numerũ: modo ad tempus: modo ad fundamentum refertur: quomodo in edificanda domo initium fundamentũ eſt: principiũ q̊qꝫ ⁊ cõuerſionis ⁊ deprauationis dici poſſe ſcripturarum cognoſcimus auctoritate. Eſt ⁊ principiũ artis ars ipſa ex qua artificum diuerſorum deinceps cepit operatio. Et principium eſt bonorum operum finis optim°: vt miſericordie principiũ eſt deo placere quod facias.

Principia locus in caſtris a principibus militibus ſic appellatus: vt eſt apud Col. lib. iij. poſt principia.

Principale qꝺ primũ ⁊ precipuũ eſt.

Principior aris: inchoo: auſpicor: principo ꝙo dominor: a quo principatus.

Prinneſius palus ad quẽ funis nauticus religatur quẽ alij toſilla dicunt.

Priſcus a um: qꝺ ſuperiori etate fuit: vt priſci latini: qui fuere anteqꝫ Roma conderetur.

Priſtinus a um: penul. cor. qꝺ ſuperioribus annis menſibus: diebus: ⁊ noſtra memoria fuit: vt Priſtina noſtra beniuolentia. Priſtinũ etiã dicitur de rebus que nõ ſeneſcunt: non autẽ priſcum: vt Pharos ⁊ tyrus nunqꝫ in ſtatũ priſtinũ redibunt. Et dicit̃ priſtinũ: qꝫ primiſtinũ: a primus: vt inquit Priſc. Aliqñ priſtin° dicit̃ prior. Curtius. Dies priſtino procelloſior.

Priuignus filius mariti vxoriſve: cuius prior cõiunx deceſſit: et vulgo filiaſtrus: dictus priuignus ꝙ priuſqꝫ mater ſecũdo nubere eſt genitus. Pri enim antiqui pro pre dixerunt.

Priuos et priuas antiqui pro ſingulis dicebant. Inde priuas verbenas ⁊ priuos ſilices pro ſingulis accipit. Liuius Nonius. Priuum eſt propriũ vniuſcuiuſqꝫ. Unde et priuata dicũtur que vniuſcuiuſqꝫ propria ſunt.

Priuilegiũ lex priuatis facta. Cice. Pro domo ſua Leges priuatis in hoibus irrogare: id eſt eẽ priuilegiũ Interdũ priuilegia dicunt̃ leges. Uñ priuilegiũ de Pompei reditu Salu. legẽ appellauit.

Priueres mulieres priuate.

Priuo as: ſignificat adimo. Plau. in aſi. Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio. Hinc priuatus a um: quod non eſt cõmune cũ alijs. Cice. libro. j. offi. Priuatum autem oportet equo ⁊ pari ciuibus iure viuere. Priuate etiam vocabantur ferie ſacrorum propriorum velut dies natales: fulgurum procuratiões ⁊ huiuſmodi priuate que fiebant pro familijs ſingulis ⁊ hominibus. Hinc priuatim aduerbium qꝺ non eſt publice factum. Salu. Exiſtimans publice: priuatimqꝫ alieno ere oppreſſos.

Priuati proprie dicuntur qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate. Aliquãdo dicunt̃ exempti a iure communi: vt in decret. diſt. iij. Priuilegia ſunt leges priuatorũ. Et priuatũ cui aliquid ademptũ.

Priſtis genus piſcis marini longiſſimi atqꝫ anguſti corporis. Pli. ſcribit priſtes in mari indico ducentũ cubitorum eſſe balenas quaternum iugerum. Hic etiã etiam ſcylla maris monſtrũ dicitur. De quo Uirgi. Prima hominis facies: et pulchro pectore virgo. Pube tenus: poſtrema imani corpe priſtis. Ab hui° ſimilitudine nauis oblonga dicta eſt priſtis. Uirgi. Velocẽ mneſteus agit acri remige priſtin. Dicta priſtis a ſectione vndarum. Scindunt enim mirum in modum fluctus propter tenuitatẽ. Greci autẽ πρίϲτιν ſectionem πριϲτήρ ſectorem dicunt. Uulgo priſtis ſcribitur.

Pro prepoſitio eſt: que tam ſeparata qꝫ compoſita localem vim habet: ⁊ ſignificat ante: vt pro curia: pro menibus. Sal. Qui ni maturaſſet pro curia ſocijs ſignũ dare. Procuro antecuro. Proſtratus anteſtrat° Separata etiam ſignificat quandoqꝫ ad. vt ꝓ meis viribus. i. ad vires meas. Uirgi. Pro ſe quiſqꝫ viri. Interdum ponitur loco in: vt pro roſtris: pro cenſu: pro tribunali. Interdũ pro iuxta: ſiue ſm: vt pro Platonis ſententia: ꝓ hominũ iudicio. Interdũ pro cauſa perhibendi teſtimoniũ. Ut cum dicimus pro mutuo animo: pro reconciliata gratia id eſt cauſa mutui animi: ⁊ cauſa reconciliate gratie. Interdum pro loco: vt pecuniã ei dedi pro predio. Et ſum pro pretore: id eſt loco predij: loco pretoris. Item ponitur pro auctoritate: vt tribuniplebis pro poteſtate interceſſerunt: hoc eſt auctoritate poteſtatis ſue. Item pro propter: vt pro iniuria: quã accepi id eſt propter iniuriam. Item pro defenſione. Terentius. Nam niſi hec ita eſſent ꝓ illo haud ſtares. Uirgi. libro. ix. Pro turrib° aſtant: id eſt pro defenſione turriũ. Et eſt aduerbium admirantis. Terentius in adel. Pro dij immortales facinus indignum qꝺ narras. Item interiectio dolentis: ſeu indignantis: vt Proh deum atqꝫ hominũ fidem. Plau. Pro ſancte Iupiter quid video? Sed his duobus modis circũflectitur. Cõpoſita ꝙo temporalẽ vim habent: vt ꝓuideo: proſpicio. Qñqꝫ priuatiua eſt: vt ꝓfanus. i. nõ ſacer: prohibeor

ꝓpudiū. Negatur eīn cuꝫ his ſanctitas poteſtas ac pudor. Quandoqꝫ accipitur loco e. vel ſuper: vt prominet. i. eminet: vel ſupeminet. Nōnunq̃ ſignificat porro ſiue in longum: vt promiſſa barba. Nōnunq̃ diu: vt protollo: ꝓpendo. Interdum procul: vt ꝓuincia. Aliquādo procul de futuro tempore: vt propheta. Quandoqꝫ procul ſpacio loci: vt procella q̄ ꝓcul veniens percellit. Sed etiā vltra ad locū: vel ad aliquē tendere: vt progredior: ꝓueho. Interdum palā ⁊ more ſolēni: vt pronuncio/ ꝓmulgo. Qñqꝫ coram: vt propono. Qñqꝫ valde: vt ꝓcuruus. Qñqꝫ ꝓcul: vehementer: vt ꝓfugus.

Proagogia latine ꝓductio. Nam προαγογεῖν producere eſt: hoc eſt ꝓſtituere. Plau. Audientē inquit dicto mater ꝓduxiſti filiam.

Proauus penul. cor. aui paterni vel materni pater. Cuius relatiuum eſt pronepos: a quo fęmi. ꝓneptis. A ꝓauo fęmininū ꝓauia.

Probatica latine ouilis dicit̃: πρόβατον enim ouis dicitur. Piſcina vbi oues lauabantur cū ſacerdotes eas litare vellent. Et ꝓbaticus ouinus.

Probi boni dicunt̃: quaſi ꝓhibi: ꝙ ſe a delinquēdo ꝓhibeant. His contrarij ſunt improbi ⁊ reprobi. Improbi: vt inquit Aſco. cōtra leges ſunt: ſicut inofficioſus contra merita: inhumanus contra pietateꝫ. A reprobus fit aliud compoſitum contrarium. ſ. irreprobus: qui non eſt reprobus. Ambro. Cunqꝫ manū ſuam ad me contingendam aptaret: dedit ei angelus domini irreprobam: quā conſpicis mortem. A probus fit ꝓbitas bonitas: ab improbus improbitas. Diminutiuū probulus. Unde ⁊ improbulus. Iuue. Finge tamen te improbulum.

Probo as: laudo: q̃uis maiorem vim habeat ꝓbo q̃ laudo. Nam apud idoneos ſępe legimus ⁊ laudo et probo. Quandoqꝫ probare eſt argumentis demonſtrare: vt homo ſacrilegus ꝓbauit ſe pro innocente. Quādoqꝫ experimentū facere. Plau. in Tri. Quippe ex eorum ingenio/ ingeniū horum probant. Et in euange. Iuga boum emi: ⁊ eo probare illa. Quandoqꝫ permittere. Hora. li. j. car. Uagus ⁊ ſiniſtra labitur ripa Ioue nō ꝓbante. Huius cōpoſita ſunt approbo: comprobo eiuſdem fere ſignificationis: ⁊ cōtraria horum improbo ⁊ reprobo: pro damno: quę habent penultimā correptā.

Probabile dicitur qđ licet nō ſit verum: videtur tamen rationibus probari poſſe.

Problema atis: ⁊ ꝓblematū ꝓpoſitio eſt interrogationem annexam habens.

Proboſcis idis: eſt porrectio corporis inherens naribus: quę excepto homine in alijs fere animātibus inuenitur. Uar. Inueniſſe ſe ericiū cum ꝓboſcide. In elephanto dicitur: ꝙ ea tanq̃ manu vtatur. Pli. Reſoluunt elephanti manu draconum nodos. Dicta ꝓboſcis: ꝙ ante depaſcat. Gręci eniꝫ προβοσκειν dicunt ante paſcere.

Probrum ſtuprum adulterium: flagitiū. Sue. in Cęſa. Qui digreſſam a marito poſt biduū ſtatim duxerat: q̃uis ſine probri ſuſpitione peregrinarū merciū portoria inſtituit. Unde lex fuit apud Romanos: vt ꝓbrum virginis veſtalis capite puniretur. Als ſignificat maledictum: cōtumeliam: ſiue infamiam: dedecus quę ex ſcelere ſequi ſolēt: vt datuꝫ eſt ꝓbro: id eſt ignomine adſcriptū. Liui. lib. ij. His freti occurſant portis: ingerunt probra: ęgre abſtinēt quin caſtra oppugnent. Similiter Cicero epiſtolas plenas ꝓbrorum appellat. i. cōtumeliarū.

Probroſum igminioſum. Gel. lib. j. Manuſqꝫ eius inter agendum forent argute ad modū ⁊ geſtuoſe maledicis cōpellationibꝰ ꝓbroſis iactatus eſt.

Probro as: ꝓbro afficio. Ex quo fiunt compoſita. Exprobro. opprobro: de quibus ſupra. Improbro: quo vſus eſt. Plau. in Tru. Rus tu improbras: vt nacta es hominē: quē pudeat probri.

Proci dicunt̃ qui in eandē libidinem nimia appetentia conſpirant a ꝓcando dicti. Eſt enim ꝓcare nimium laſciue petere. Unde ꝓcaces: mollium rerum petitores: ⁊ in petēdo nimium petulci: ⁊ a nimia laſciuia appetentia ⁊ petulantia. Uirgi. Procos irriſa priores Inde procacitas. Cice. libro. iiij. de repub. A procādo: id eſt poſcendo procacitas nominata eſt. Et procax petax: quod ⁊ de inanimātibus dici poteſt. Uirg. Penituſqꝫ ꝓcacibus hauſtris: qđ eſt ſeuientibus ꝓcellis: vel vt Dona. exponit impudentibus. Nam q̃ multum petit impudens eſt. Et qui adeo impudentes ſunt: vt nimis petant procaces appellant̃. Unde procax meretrix petulans dicit̃ impudens: inuerecūda mordax. Terē. Maligna multo ⁊ magis procax ilico facta eſt. Unde procaces legimus qui mordaciter ⁊ iniurioſe loquūtur. Cicero in Sal. Ne in idem incidam vitium procacitatis: qđ huic obijcio. Et iterum. Non enim procacitate linguę vitę ſordes eluūtur. Sciendū tria hęc ꝓcaces: petulantes: ⁊ proteruos: multum ſimilitudinis habere: ⁊ libidinē quandam atqꝫ iniuriam declarare: tam in factis q̃ in dictis. Unde apud Cice. ꝓteruam petulantēqꝫ eodem loco de inhoneſta fęmina legimus. Si vidua libere ꝓterua petulāter diues: effuſe libidinoſa meretricio more viueret. Hinc ſi quis ambulans per impotentiam mentis obuiū cubito feriat: aut cū cotumelia ſibi cedere cogat: ꝓteruū hunc dicimꝰ. Hinc a Uirgilio hędi petulci a petendo dicunt̃: ꝙ in alia loca penetrando iniuriam faciant.

Proco as: et ꝓcor aris: vt quidam putant a ꝓcio fiunt qđ peto ſignificat. Et eſt ꝓcare laſciue petere: ſeu oculos in aliquā fixius intendere: qđ vernacula lingua dicimus vagheçare. Qñqꝫ etiam inhoneſtis verbis et abſqꝫ reſpectu aliquem aggredi. Hinc cōponit̃ reciproco: ꝓ repeto: de quo alibi.

Procio is iui itū. penul. cor. ſignificat peto. Liuiꝰ. Matrē ꝓcitū plurimi venerūt. i. petitū: vt Feſtus exponit. Procitū ꝟo pe. ꝓdu. ſignificat ruptū atqꝫ irrituꝫ Hinc iuriſconſulti irritū teſtamentū ꝓcitū dicūt a ꝓcio qđ ex pro ⁊ cio cōponitur.

Procito as: ſępe dico ꝓuoco.

Procapis penultima correpta ꝓgenies quę ab vno capite procedit.

Procedo is: penul. ꝓdu. vltra cedo: ꝓgredior. Salu. in Iug. Sed vbi plerūqꝫ noctis ꝓceſſit: qđ eſt quaſi pręteriit. Aliqñ ꝓcedere eſt proſpere cedere. Tereñ. in An. Niſi id putas quia ꝓceſſit parum: nō poſſe hoc iam ad ſalutem cōuerti malū.

Proceſſus us: ꝓgreſſum ⁊ ſucceſſum ſignificat.

Procido is pe. cor. procidi procaſum ſignificat me proſterno: ſeu vehemēter inclino: ꝓnus cado. Gel. Nā cum multis annis poſtea ſcena quę ꝓciderat refecta eſſet. Et illud in Euāge. Et ꝓcidēs adorauit eum.

Proceleumaticus pes ex quattuor ſyllabis breuibꝰ cōſtans: dictus quaſi premitus iuſſus: eo ꝙ in ſacris minerue prius eiꝰ pedis verſus pronūciari iubebantur προ enim ante κελεύω iubeo.

Procello is: ꝑcutio euerto. Unde ꝓcella.

Procella eſt vis venti cum pluuia nec durans: ⁊ in mari potius q̃ in terra: dicti ab eo ꝙ omnia procellat: id eſt moueat vel ꝑcutiat: aut a procul: quia a longe videtur Uirg. Creberqꝫ ꝓcellis Aphrycus. Hinc procelloſus ſa ſum: ꝓcellis plenum.

Proceres penultima correpta capita trabium: hoc eſt mutili quidam extantes. Hinc principes ciuitatis ꝓceres appellati ſunt: ꝙ hij ita in ciuitate eminent: ſicut illi in edificijs. Huius nominis ſingularē ꝓtulit

Iuue. Agnoſco ꝓcerem: qui eſt a ꝓcer eris.

Procerus a um: penultima producta: prolixuꝫ ⁊ in longitudinem productum. Qđ nomẽ quidam a cera deriuant quaſi ad ſimilitudinẽ cere ꝓtenſum propter facillitatẽ. Alij a creſcẽdo: hoc eſt excretũ. Hora. in ſer. Quo pertinet ergo proceros odiſſe lupos. Huiꝰ cõpoſitum eſt improcerus. Gel. lib. iiij. Aduertimuſqꝫ hinc elici tarditatẽ corporaqꝫ eorum improcera fieri minuſqꝫ adoleſcere. Dicitur etiam hic ⁊ hec proceris ⁊ hoc procere.

Proceſtriũ putatur locus apertus ac patulus: quo ꝓcedit in cubiculũ cenaculis ⁊ reliquis partibus ſuperioribus. Pliniꝰ ad Gallum. Poſt hanc cubiculum cuꝫ proceſtrio altitudine eſtiuum munimento hibernum. Nam proceſtria vt Feſtus exponit edificia ſũt ante caſtra: vel quibus proceditur in muro. Sunt tamen qui velint cum procitono legi: loco ante cubiculum ab excubando nomen greco ſibi vendicante. Fit autem proceſtriuꝫ equalibus columnarũ interuallis patulum: ſupra quarum epiſtyliam arcus curuantur Quidam etiam proceſtria aditum ⁊ veluti portam caſtrorum appellauerunt.

Prochyta te: penultima correpta: ⁊ prochyte tes. inſula in puteolano ſinu: dicta quaſi profuſa. Emerſit eñ prouolutis in mare montibus cum prius non foret. Nam procheo ſignificat effundo. Nam Inarimes mons terremotum paſſus hanc inſulã fudit. At Dionyſius libro. j. ſcribit prochytam dictam eſſe a nutrice Enee eiuſdem nominis. De hac Virgilius lib. ix Tum ſonitu prochyta alta tremit. Prochyte etiam vaſis genus eſt.

Procinctus us dicit quicquid paratũ eſt: ⁊ ipſa ꝓuiſio facta anteqꝫ aliquid fiat.

Procincta claſſis dici mos fuit quãdo exercitus ad pugnam paratus erat: ꝙ pugnaturi ritu prius cingerentur gabino. Et ꝙ claſſem vetuſtius fuerit hominum dici qꝫ nauiũ multitudinẽ ſcriptũ eſt.

Proconeſſus inſula in ꝓpontide: quã ſolam inter alias habitari pleriqꝫ dixerunt.

Proclamo as: palam ⁊ valde clamo: vociferor. Liuius libro. j. Moti homines ſunt in eo iudicio maxime Pub. Horatij patre proclamante ſe filiã iure ceſam iudicare: ni ita eſſet patrio iure in filiam animaduerſurum fuiſſe.

Procliue penul. ꝓducta qđ eſt porro inclinatũ. Et proprie ſm Cice. lib. iij. Tuſc. dicit in malis: cũ procliuitas dicatur in his qui ad aliqđ vitiũ proni inclinatiqꝫ ſunt. Et facilitas in bonis qui proni ſunt ad humanitatem liberalitatẽ ⁊ ad ingenuas diſciplinas.

Procyon latine anticanis ſtella que ⁊ Sirius dicitur. Vide in dictione canis.

Proconſul: vide in dictione conſul.

Procul aduerbiũ videtur cõponi ex porro longe: quaſi longe ab oculis: vel pre oculis: id eſt ante oculos. Unde poteſt ⁊ ſatis longe: et non longe ſignificare. Terentius in Hecy. Quẽ cum iſtoc ſermonẽ habueris ꝓcul hinc ſtãs accepi. Virg. li. v. Eſt ꝓcul in pelago ſaxum. Quod ſatis longe fuiſſe intelligi non põt: ne voluptas pereat ſpectaculi. Deſeruit quandoqꝫ accuſatiuo: quandoqꝫ ablatiuo. Curtius. Procul vrbem dixit. Hora. in ſer. Que procul extructis inerãt heſterna caniſtris.

Proculus penul. cor. cognomen eius qui natus ſit patre peregrinante a patria procul. Alij proculos ideo dictos putant ꝙ a patribus ſenibus: quaſi procul ꝓgreſſi ⁊ attenuati ſint. Plau. in Mene. Iubeas porculum afferri tibi. Sunt qui proculũ legant.

Proculeius nomen viri: ſimiliter a ꝓcul deductũ.

Procudo is penul. ꝓducta ſignificat ꝓlato cudẽdo extenuo: ſeu probe cudo: exacuo ve. Virgi. lib. j. Geor. Durũ ꝓcudit arator Vomeris obtuſi dentem.

Proculco as: progrediẽdo vel aliud agendo conculco. Col. lib. ij. Nam dũ a pecudibꝰ legumina ꝓculcant: herbe etiã atterunt vngulis atqꝫ glabreſcit.

Procũbo is: proſternor. Liuius libro. j. Ipſum feſſum via procubuiſſe. Col. lib. j. Lata bubilia eſſe oportebit pedes. x. vel vt minimũ noue. Que menſura ⁊ ad ꝓcũbẽdũ pecori: et iugario ad circũeundũ laxa miniſteria prebeat. Procubo iaceo.

Procubitor qui noctu cuſtodie cauſa excubat: cũ caſtra hoſtiũ in proximo ſunt.

Procuruus valde curuus. Virgi. lib. ij. Geor. Contra nõnulla ẽ oleis cultura nec ille ꝓcuruã expectat falcẽ

Procurro is ꝓcucurri procurſuꝫ vltra ſiue a longe curro. Hiero. ad dam. Et ꝓcurrens occubuit ſup collũ ipſius. Col. lib. vij. Ex domitis bubus valẽtiſſimum eundẽqꝫ placidiſſimũ cũ indomito iũgimus: qui ⁊ ꝓcurrentẽ retrahat: ⁊ cunctantẽ ꝓducat.

Procuro as: penul. pro. ſignificat adminiſtrationẽ rerũ alienarũ gero. Cice. Cornifi. Is procurat rationes Dioniſij. Hinc procurator negocioꝝ geſtor: quẽ vulgo factorem dicunt: cui precipue agri colẽdi cura oĩs incumbit. Ulpi. de procuratoribus. Procurator eſt qui aliena negocia mandato dñi adminiſtrat. Actores vero cauſarũ cauſidici dicũtur. Procuratio ipſa adminiſtratio. Cice. lib. j. de natura deo. Sunt enim philoſophi ⁊ fuerunt qui omnino nullam habere cẽſerent rerum humanarum procurationẽ deos. Aliquando procurare eſt ſtudioſe curare ſeu inueſtigare Hiero. ad Dam. Et ſathanas cum aliquem ſua arte deceperit ⁊: proprium ei iugum impoſuerit: vltra ad vitiorum abundantiam non procurat: ſciens euꝫ eſſe iam mortuum. Aliquãdo ſimpliciter curare. Apul. Hunc enim equulum ſuum carioſe nimis procurantem inueni. Aliquando ſuſtentare: medicare: adiuuare. Cato de re ruſtica. Eodem modo ceteras arbores procurato. Plautus in cur. Tibi opus eſt hoc quo te procures.

Procuratorius a um: qđ ad procuratorẽ ꝑtinet: vt ꝓcuratorie littere: ꝓcuratoriũ munus.

Procas nomen regis albanorum: qui Amulium ⁊ Numitorem filios habuit.

Prodeo dis: prodiui vel prodij proditum: ex pro ⁊ eo: d interpoſita ſignificat vltra eo ſiue foras exeo: quaſi porro eo. Cicero. An ego tbi obuiam non prodirem primũ Appio pulchro: deinde imperatori. Idẽ lib. j. offi. Scenicorum quidem mos tantam habet diſcipline veteris verecundiam: vt in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. i. exeat.

Prodico cis: pe. ꝓducta vltra dico. Cicero pro Celio. Quãobrem excutiemus omnes iſtorũ delicias: oẽs ineptias ſi prodixerint.

Prodo dis: prodidi. porro. i. longe proijcio: deſero excludo: propello. Virgi. Nauibus infandum amiſſis vnius ob iram Prodimur: atqꝫ italis longe diſiungimur oris. Et prodere/ deferre/ oſtendere/ patefacere. Idem. Prodere voce ſua quẽqꝫ aut opponere morti. Hiero. Sororis maritus cepit prodere velle: quẽ celare debuerat. Itẽ differre ꝓtrahere. Terẽtius in And. Credo impetrabo vt aliquot ſaltẽ nuptijs prodat dies. Item ꝓpagare. Virgi. lib. iiij. Italiam regeret genus alto a ſanguine Teucri Proderet. Itẽ tradere. Sal. Anteqꝫ arcem ꝓderẽt hoſtibus. Hinc ꝓditor: proditio: ⁊ prodimentum: quod vulgo dicitur tradimẽtum. Vel a ꝓdendo conſilia hoſtibus: vel a tradendis vrbibus arcibus exercitu. Cice. In eũ penam qui prodere hoſtibus patriam cogitaret. Item mandare. Idem Apio. Cũ tuũ ſtudium conſumes in viroꝝ fortium factis memorie ꝓdendis. Itẽ ſcribere vt libro. iij. officio. Utile videbatur vlyſſi vt quidam

tragici prodiderunt. Itē ex interiore in publicū locū procedere. Apul. Tum tremebūdus prodit in forū: Alˢ pro loco et ſm diuerſos actus. Pli. li. ij. Diuus Auguſtus leuū ſibi prodidit calceū ꝓpoſtere indutū quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. i. proiecit ſiue induit.

Prodigiū quaſi porro dictū: ꝙ porro dicat: porro ſignificet et aliquid futurū eſſe portendat.

Prodigiator qui ex prodigio futura ꝓnunciat.

Prodigioſus a. um. quod prodigiū facit.

Prodigialis et hoc le. quod prodigiū procurat. Plau. in am. Sed mulier poſtꝫ experrecta es prodigiali Ioui: aut mola ſalſa hodie aut thure comprecatam (oportuit.

Prodige hoſtie dicunt̃: que ꝯſumunt̃. Inde homines luxurioſi prodigi dicti ſunt.

Prodigo is. penul. cor. prodegi ſupinū nō legi: ex pro et ago: d euphonie cauſa interpoſita ſignificat cōſumo vltra modū erogo. Plaut. in aul. Feſto die ſi q̄d ꝓdegeris: profeſto egere liceat niſi peperceris. Amb. Merito ergo prodegit patrimoniū qui ab eccleſia receſſit. Lactan. libro. vj. Quotienſcūꝫ leuiſſimorū patrimonia in res ſuperuacuas prodegunt̃. Aliquādo ſignificat portendo ⁊ premonſtro. Unde ꝓdigia et prodigiatores.

Prodigus qui bona ſua conſumit. Cic. lib. ij. offi. Omnino duo ſunt genera largorū: quorū alteri prodigi: alteri liberales. Prodigi qui epulis et viſceratiōibꝰ ⁊ gladiatorū muneribus ludorū venationumꝫ apparatu pecunias profundūt in eas res quarū memoriā aut breuem aut omnino nullā ſunt relicturi. Liberales qui ſuis facultatibus: aut captos a predonibꝰ redimunt: aut es alienū ſuſcipiūt cauſa amicorum: aut in filiarū collocatione adiuuant: aut opitulantur: vel in re querenda: vel augenda. Ponitur tamē interdū prodigus ꝓ liberali. Hora. lib. car. Animeꝫ magne prodigum paulum ſuperantem peno gratus inſigni referam camena. Antiqui hoſtias prodigas dicebāt que conſumebantur. Hinc fiunt aduerbia prodige ⁊ prodigaliter/profuſe abundāter. Colu. lib. iiij. Non illa videntur prodigaliter in noſtris Ceretanis accidiſſe: vt aliqua vitis apud te excederet vuarū numerum duorum millium.

Prodromus precurſor. Unde prodromi dicunt̃ a grecis fici ꝓcoces: q̄ſi precurſorie. Et prodromi aquilones: qui octo ferme diebus exortū canicule antecedunt.

Produco is. in longum duco: quod ⁊ de tempore: ⁊ de corporeis rebus dicitur. Virg. Abnegat excīſa vitā ꝓducere troia. Cice. in Cato. Cōuiuiū vicinorū quotidie cōpleo qđ ad multaꝫ noctē ꝙmaxime poſſumꝰ vario ſermōe ꝓducimus. i. protrahimus. Hiero. in nūeris. Producat ea in laminas. Ter. in an. per trāſlationē dixit. Nonne tibi eſſe ſatis hoc ſolitū viſum eſt gaudium: niſi me lactaſſes amantem: et falſa ſpe produceres? Hinc ꝓducta ſyllaba dicit̃ longa. Col. flagellum vocat productiſſimū: quod longiſſimū eſt in vitibus. Et ꝓducere eſt ante: ſeu vltra: foras ve ducere. Terē. Produxi ac vendidi Galba Cicerōi. Repente Antonius in aciē ſuas copias de vico ꝓduxit ⁊ ſine mora cōcurrit. Col. lib. vij. Poſt eiuſmodi experimēta vacuo ploſtro ſubiūgendi ⁊ paulatim longius cū oneribus producendi ſunt. Idem paulopoſt Ex domitis bubus valentiſſimū eūdemꝫ placidiſſimū cum indomito iūgimus qui ꝓcurrentē retrahat et cunctantem producat. Hinc productores dicūtur qui virgines abducunt: eaſꝫ ad queſtum exponunt. Terē. in eu. Pretiū ſperans illico producit ⁊ vendit vbi Do. proprie venales produci dicunt̃. Plau. pro proſtituere poſuit. Audientem dicto mater ꝓduxiſti filiam. Interdū gignere. Idem in cap. Quid hoc eſt ſcelus quaſi in orbitatē filios ꝓduxerim. Interdum interponere. Terē. in an. Dicā aliquid iam me inuenturū: vt huic malo aliquā producā morā. Interdum ꝓſequi. Virg. Nec te tua funera mater produxi. Interdū conſummare. Terē. in adel. Et cyathos ſorbillans paulatim hunc producā diem.

Productile pe. cor. qđ tunſionibus malleorū productū eſt. Hieron. in exo. Duos quoꝫ cherubin aureos et productiles facies.

Profanus a. um. penul. pro. dicit̃ irreligioſum non ſanctū ꝙ ſit porro a fano: ſed impiū ſceleſtū ⁊ aduerſum omni religioni. Sta. Fraternas acies alternaꝫ bella profanis decertata odijs. Plau. Sacrū an ꝓfanū habeas paruipenditur. Is em̄ profanus eſt qui fani religioni non tenet̃. Profanū etiā dr̄ qđ ex religioſo vel ſacro in hominū vſum cōuerſum eſt. Virg. Faune precor miſerere inquit tuꝫ optima ferrū. Terra tene colui veſtros ſi ſemꝑ honores. Quos cōtra eneade bello fecere ꝓfanos. Et profani dicebant̃ ſacris non initiati qui fanum intrare non poterant. Idem. Procul o procul eſte profani conclamat vates. Et ꝑ allegoriam profanos dicimus imperitos qui merito ſunt doctis exoſi. Hora. lib. car. Odi ꝓfanū vulgus. Varro profanū interpretat̃: qđ eſt ante fanū cōiunctū fano. Scribit̃ etiā per ph. ꝓphanus: vide ſupra in dictione fanum.

Profano as. i. ex ſacro hūanis vſibus ꝓmiſcuū facio. Unde profanatū tēplū dicit̃ cū in eo vel dimicatum eſt: vel aliquid turpe cōmiſſum.

Profari ante vel late fari ꝓnūciare. Hinc profatus us. Gel. Neꝫ dictu ꝓfato ipſo tetre aut inſuaues eſſe.

Profecto aduerbiū confirmātis eſt: dictū quaſi ꝓfacto et ſignificat nimirū. Teren. in and. Profecto ſic eſt. Plerumꝫ autē ad reſponſionē adhibet̃. Cic. Quis hec renūciat? Is profecto qui interfuit: qđ etiā percerte facimus. Idem. In quo meminimus? Certe in nullo. Sic fit per nimirū: et ꝑ nempe.

Profero penul. cor. palā facio/prodo/ꝓnuncio. Terē. in hecy. Ita me dij beneamēt: haud ꝓpterea te rogo vt hoc ꝓferam. Seneca. Anteꝙ̄ ſententiā proferā. Aliqñ ſignificat ꝓtendo/prolato. Pli. Cū lineā ꝓtulliſſet longiſſimā atꝫ rectiſſimā. Iuſti. lib. j. Arbitria principū ꝓ legibus erāt: fines imperij tueri magiſꝙ̄ proferre mos erat. Teren. in an. Saltē aliquot dies ꝓfer dū proficiſcor aliquo ne videā.

Profeſtus a. um. vide in dictione feſtus.

Proficio is. procedo: et perficio ſignificat a quo profectus. Idem eſt enim proficere et profectum facere. Seneca. Sic em̄ et audiendo: et legendo indies magis proficimus. Pli. Nec minorem ſub eo ꝓceptore profectum fecit.

Proficiſcor eris. profectus eundi ⁊ veniendi ſignificationem habet. Virg. Nunc letum tyrijſꝫ diem troiaꝫ profectis.

Profiteor late ſeu palam polliceor. Cice. lib. aca. Quē phiam iam ꝓfectus ſum populo noſtro exhibiturū. Liui. Palā profeſſi nuſꝙ̄ inde niſi in patrium veſtigium eſſe moturos: id eſt volūtarie: ſiue libere: vnde profeſſio/confeſſio facta palam. Et profeſſor qui publice fatetur. Inde qui liberales artes docent profeſſores dicuntur: quia artes illas ſe ſcire: ⁊ poſſe publice tradere fatentur. Nam profiteri vſurpamus pro publice legere: profiteri vero apud pretorem: vti de archia eſt apud Cice. eſt noīa ſiue cenſum ꝓfiteri: vñ illud euāgelij ꝙ profitebant̃ oēs in Iudea ſub auguſto ex hoc fonte venit.

Profligo as. penulti. pro. deijcio/prodigo/depello/deperdo/et ad pernitiē deduco: vnde profligatū exercitum dicimus. i. proſtratum/deiectū/afflictum/perditum. Et profligatas res: hoc eſt perditas ⁊ ad pernitiem redactas: hinc profligatiſſimos homines voca

mus perditiſſimos ⁊ in quibus nihil eſt ſalubre nihil integrum. Sue. in Tibe. Ex iuuentute vtriuſqꝫ ordinis profligatiſſimus quiſqꝫ. Quandoqꝫ profligatum accipit̄: quaſi ꝓ abſolutio ⁊ effecto. Corne. Tacitus Profligauerat bellū cum iudeis Veſpaſianus: id eſt confecerat: et pene ad exitum deduxerat. Hinc ꝓfligata dicunt̄ que prope abſoluta ſūt ſic dicimus profligata ⁊ in profligato eſſe ędificia que ꝓpe abſoluta ſunt. Cice. lib. v. tuſ. Atqꝫ ſi ita eſt ꝓfligata iam hęc ⁊ pene ad exituȝ deducta queſtio eſt. Affectum quoqꝫ dixerunt qui latine locuti ſunt: id qđ profligatū appellat̄ in hac ſignificatione. Cice. in oratiōe de ꝓuincūs cōſularibus: Bellū affectū videmus: et vere vt dicā pene confectū. Idē in economico. Cū vero iā affecta ęſtate vuas a ſole miteſcere fas eſt.

Profligo is. penul. pro. xi. ctum. late ſiue multū certo. Col. lib. j. Quia flagitioſum quos hoſtis ꝓfligendo deſolaſſet agros nouo more emere romanum ſupra vires patrimonij poſſidendo.

Proflubeo es. bui. ſiue ꝓflubeſco: ſi tn̄ inueniat̄. ſignificat emano. Col. lib. vij. Si armos leſerit: aut ſanguinē dimiſerit medio fere in vtroqꝫ crure vene ſoluantur: et thuris puluere cū dimiſerit cum eo qui profluuit ſanguine armi liniantur.

Profluo is. deorſum ſiue a longe fluo. Lact. lib. ij. Fontes quidē ex quibus aqua ꝓfluit. Hiero. per tranſlationē ꝓfluere quaſi fluendo ꝑuenire dixit. Inde miſericordia omibus profluxit: et gratia vt laudent.

Profluens modo participiū eſt. Liui. lib. j. Pueros in profluentē aquā mitti iubet. Modo ſubſtantiuū et ge. maſ. ponitur ꝓ flumine. Cice. lib. j. ad herē. Qui parentē necaſſe iudicatus erit: is obuolutus ⁊ ligatꝰ corio deuehat̄ in profluentē fluminis ꝓcurſum.

Profluus a. um. quod profluit. Ambro. libro hexa. De aquarū proflua qualitate.

Profluuiū fluxio. Unde profluuiū ſanguinis dicimus. Plini. lib. xxvj. Sanguinis profluuiū ſiſtit herbę peonie ſemen rubrum.

Profugio procul fugio: aut quantum poſſum inde fugio. Plau. in caſ. Quid nūc agā neſcio: niſi vt improbos famulos imiter ac domo profugiā. Cic. in Lel. Hac itaqꝫ amētia ꝑterritus in aſiā ꝓfugit: hinc profugiū.

Profugiū dicit̄ cū lōge aliquo fugitur vbi ſe quis tutū putat. Cic. lib. j. tuſ. Portū nobis paratū et ꝓfugiū putemus quo velis paſſis prouehi liceat.

Profugus qui longe aliquo fugit ꝓcul a finibꝰ ſuis vagans quaſi porro fugatus. Salu. Troiani qui enea duce profugi ſedibus incertis vagabantur.

Profundo is. large fūdo: ſupramodū expono. Tractū ab aqua q̄ profundit̄ ex vaſis. Terē. Profundat pereat nihil ad me attinet. Et ꝓfundere extra fundere. Uñ dicimus preces ⁊ vota profundunt.

Profuſus ſupramodū ſumptuoſus. Sal. Alieni appetens: ſui profuſus: quaſi profuſor. Ponit̄ aliqñ pro abiecto et iacente. Plau. Profuſus ſquallens ſordidus ab omibus derelictus.

Profundū dictum eſt: ꝙ porro. i. longe habeat fundū. Uñ ꝓprie ſignificat imū: vt profundū mare. Qñqꝫ ſumitur pro alto. Virg. Ni faciant maria ac terras cęlumqꝫ profundū. Hinc profunditas.

Progenies a progignēdo eſſe videt̄ q̄ſi porro genita.

Progenerū dicit auus neptis ſue virū. Huic correſpōdet proſocer: qui et ſocer magnus dicit̄.

Progredior deris. progreſſus: vide in dictiōe gradior.

Progymnaſmata: ꝑexercitamēta latine dicunt̄. Idem ſignificant proagonaſtica.

Prognoſis penul. pro. Nam προγνωσισ grece ꝑſcientia ꝓuidentia dicitur.

Prognoſticon rei future ſignū: et per g. ſcribit̄.

Prohibeo ex pro ⁊ habeo: ſignificat vero procul teneo auerto. Virg. Prohibe infandos a nauibus ignes. Plaut. Placide egredere et ſonitū prohibe foriū et crepitū cardinū ne quid hic agitemus. Inhibeo ꝓ retineo cōprimo. Hoc eñ differt a prohibeo: ꝙ ꝓhibere generale ſit etiā ante rē inceptā. Inhibere re iā incepta. Illud vetat ne quid facere incipias: hoc ne pergas: ſed potius deſiſtas. Virg. Quod genꝰ hoc hominū que ve hūc tā barbara morē ꝑmittit patria? hoſpitio ꝓhibemur arene. Idē. Parcite iā rutuli et tela inhibere latini. Hinc naute inhibere remis dicūtur cū nauē retro vertere volētes et currētes impetū remorū impreſſione retardāt. Iuſti. Ita ceſſum inhibete remis ⁊ a bello diſcedite.

Prohemiū latine initium vel exordiū: ſiue pręfatio dr̄. Dictū proemiū: ꝙ οιμοσ cātus dicit̄. Nam ſicut citharedi pauca illa que anteqꝫ legittimū carmen inchoent emerendi fauoris gratia canūt: prohemium cognominauere: ſicut oratores ea que prius q̄ cauſam exordiant̄ ad conciliandos iudicū animos ꝑloquunt̄ eadē appellatione ſignarunt. Sunt tamen qui prohemiū appellatū velint: quod greci οιμον viā noiant: ꝙ prohemiū ante rei ingreſſum ponat̄. Ideoqꝫ cū h. ſcribendū putāt. A prohemiū fit prohemior aris. quod eſt exordior.

Proijcio is. penul. cor. q̄ſi porro iacio: extēdo porrigo. Virg. Proiectaqꝫ ſaxa pachyni. Idē. Proiecto dū pede leuo aptat ſe pugne. Siſen. Vetus atqꝫ ingēs erat arbor ilex: que circū ꝓiectis ramis maiorē partē loci ſummi tegebāt. Hinc proiectus us. ꝓ extenſiōe. Lucre. Qualibet immani ꝓiectu corporis extet. Interdū proijcere eſt abijcere. Cice. Quid ſi eū ex vrbe proieceris. Interdū dimittere/derelinquere. Virg. Non ego vos poſthac viridi ꝓiectus in antro: Dumoſa pendere ꝓcul de rupe videbo.

Proinde cum accentu in penul. cōponitur ex ꝓ et inde: ſignificatqꝫ ideo. Ideoqꝫ: itaqꝫ: ꝓpterea: ꝓpter hoc: quapropter. Semꝑ eñ depēdet ex ſuꝑiore ſentētia. Hiero. in ꝓlo. ſap. Hūc iudei philonis eſſe affirmāt qui proinde ſapientię noiat̄: qr in eo chriſti aduētus euidēter exprimit̄. Liui. lib. j. Satis ſcire origini romane ⁊ deos affuiſſe ⁊ nō defuturā virtutē ꝓinde ne grauarent̄. Ponit̄ qñqꝫ pro aduerbio ſimilitudinis. Terē. in phormi. Proinde expiſcare q̄ſi nō noſces. Sal. At hi cōtra ignauiſſimi hoies ꝑ ſummū ſcelus omnia eis ſocūs adimere que fortiſſimi viri victores reliquerant ꝓinde quaſi victoria iniuriam facere demum id eſſet imperio vti. Quādoqꝫ ꝓinde vt apud Plau. proin dicitur proinde. Terē. in eun. Proin tu dum tēpus etiā atqꝫ etiā cogita.

Prolectibile titillatio incentiuū ve atqꝫ illectamētum. Sido. ad vectionem. Nemo ita naturę ferme eſt qui plectibilibus careat occultis.

Proles progenies. Colu. libro. viij. de caprino pecore. Parit autē ſi eſt generoſa proles frequenter duos: nōnunqꝫ trigeminos.

Proletarij a prole dicti ſunt qui in plebe romana pauperrimi erant: neqꝫ amplius q̄ millequingentū ęris in cenſum deferebāt. Qui vero nullo: aut perqꝫ paruo ęre cenſebant̄ capite cenſi vocabant̄. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Tum vero tā multa bella vbiqꝫ crebruerunt vt inopia militū proletarij illi qui eo ꝙ proli gignende vacabant ob ęgeſtatē militare nō valentes: hoc nomē acceperāt militie cōſcriberent̄.

Prolepſis dici poteſt ꝑceptio: ex προ ante et ληψισ ſumptio: ſiue acceptio.

Prolixo as. vide in dictione lixo.

Prolixum quaſi porro laxum: quod longū latumqꝫ eſt: Terē. in eu. Accipit nemo melius neqꝫ prolixius: id eſt largius. Aliquādo dicitur ſuperfluū. Unde prolixam orationem dicimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prologus ꝓloquiū ſiue ꝑfacio: proponit eñi narrāda.
Prologium ꝓncipiū: quaſi ꝓloquiū: a greco λογοσ. Plau. Exanimauit me ꝓlogio ſuo.
Proloquor pe. cor. prologo vtor: vel multū: ſiue vltra loquor in longū. Plau. in epi. Nā quid ego apud te parē proloqui? Ego illam hodie volo facere libertā meā. Aliqñ proloqui eſt ante ſiue ſimpliciter loqui. Aug. lib. j. con. Nōne tibi ꝓlocutus ſum aduerſum me delicta mea. Aliqñ eſt ſummā rei breuiter eloqui Varro autē ſic habet: Proloqui ē cū quod in animo habemus loquēdo efferimus. Terē. Cenſen me vllū potuiſſe verbū ꝓloqui. i. proferre. Aliqñ proloqui ē ſentētiā ferre: a quo proloquiū ſententia in qua nihil deſideratꝰ: quod etiā ꝓ exordio ponitur.
Prolugeo ſolito diutius lugeo. Feſt. Prolugere dicū/tur qui ſolito diutius lugent.
Proluo is. ex pro ⁊ lauo: quod e prima in tertiā tranſit cōiugationē/ ſicut abluo ſignificat multū ſiue multo tēpore lauo. Perſi. Nec fonte labra ꝓlui caballino. Nō eñi omnino negat: ſed negat multū labra lauiſſe et hoc humilitatis cauſa. Aug. lib. iiij. de ci. dei. Ab/ruptas etiā imbribus prolutas eſſe regiones. Aliqñ proluere ē ſupfluere. Col. lib. ij. Cū impetus aqua/rum proluit terrā: nudatiſqꝫ radicibus germina non patitur coaleſcere.
Proluuio onis. vide in dictione ſcaturigo.
Proluuies immūdicia cuiuſcūqꝫ rei ſordide. Virg. Fe/diſſima ventris proluuies.
Proluuiū idem quod ꝓluuies ꝑ tranſlationē dr ꝓfuſio et ꝓdigalitas cū qs more aque opes ꝓfundit. Terē. in adel. Que res tam repente mores mutauit tuos: quod ꝓluuiū? que iſta ſubita eſt largitas?
Promereor bene ago: beneficium pſto. Virg. lib. iiij. Nunqꝫ regina negabo promeritā. Terē. Ita me ve/lim ames ꝓmerentē pater. i. bene agentē. Inde ſocij ꝓmerentꝰ: qñ beneficijs alliciūtꝰ: et beniuole artificio cōciliantꝰ. Plaut. tamē in am. in malā partē ſumpſit: Quid mali ſum here tanta ex re ꝓmeritus.
Promercalia mercimonia ſūt vēditioni expoſita. Col. lib. xij. Pecuniā dñi neqꝫ in alijs rebus ꝓmercalibꝰ occupet. Quidā aiūt promercalia ꝓpric dici merces que primo minoris emuntur: vt poſtea pluris diſtra/hātur: quarum rerum negotiatores greco vocabulo propole nūcupantur.
Prometheus penult. pro. nomen viri ꝓpriū ἀπο ζησ προμηθειασ. i. a ꝓuidētia. Fuit eñi prudentiſſimꝰ hic primus aſtrologiā aſſyrijs indicauit quā reſidēs in mōte caucaſo nimia cura deprehenderat: hic pro/pter nimiam ingenij excellentiā homines finxiſſe exi/ſtimatur: quia vt inquit Lact. Simulachrū hominū primus de molli luto formauit/ ab eoqꝫ nata plaſtice eſt. Hic fuit pater deucalionis ⁊ filiꝰ Iapeti: qui fuit vnus ex titanibus. A prometheus fit patronymicū promethides penul. ꝓdu.
Promineo es. penul. cor. ex ꝓ et maneo: quaſi ante vel extra in longū maneo. Vñ ꝓmontoriū. Pli. Simie dentes vt homini: elephanto intus ad mandendum quattuor ꝑterqꝫ eos qui prominent.
Promico as. pe. cor. vide in dictione mico.
Promitto is. polliceor. Cic. Iam eñi totum quod tibi ꝓmiſerā preſtiti. Quādoqꝫ ꝓmittere eſt ꝓducere et quaſi in magnitudinē mittere: ſiue porro: id ē longe mittere. Plau. in ru. Capillū ꝓmittam optimum eſt incipiāqꝫ hariolari. Virg. Promiſſaqꝫ barba. Quā/doqꝫ minari. Idem. Promiſi vltorē et verbis odia aſpera moui. Huius cōpoſita ſunt Appromitto: qđ eſt ꝓ altero promitto. Cōpromitto: qđ ſignificat litē ad boni viri arbitriū mitto. A quo cōpromiſſum ipſa facultas arbitro data. Tractū ab eo ꝙ vterqꝫ litigās ſimul ꝓmittit ſe arbitri ſententie pariturum. Repro/mitto firmiter ſeu etiā promitto. Hieron. ad dama. Hos verſus eſſe aſſumptos: ꝙ ille q̇ repromittebatꝰ de genere dicendū venerit ſaluaturus Iſrael.
Promo is. pſi. ptum. profero/ eloquor/ expono. Pla. in ciſ. Accipias claues ſi quid tibi opus erit in prom/ptu ꝓmitto: id ē extra capito. Virg. Letiqꝫ cauo ſe robore promūt Teſſandrus ſtelenuſqꝫ duces. i. edu/cunt. Lactan. lib. v. Longum eſt vniuerſas virtutis ſpecies promere: vt de ſingulis doceā. Huius com/poſita ſunt Depromo: qđ eſt extraho extra do: decla/ro. Virg. li. xj. Et vltrice pharetra deprome ſagittā. Plau. in amp. Quid faciā nunc ſi tres viri me in car/cerem cōpegerint: inde cras e promptaria cella de/promar ad flagrū. Lact. lib. iij. Idem in opere valde ſerio in quo ꝑcepta vite deprompta ex philoſophia Cicerōi filio dabat. i. excerpta. Hiero. Propter ſim/pliciores quaſqꝫ id me depromere cōpellitis. i. deſcri/bere. Expromo ꝑfecte promo. Terē. in heau. Nemo eſt meorū amicorū hodie apud quē expromere oīa mea occulta audeam.
Promptus dr qui iam paratus eſt ad agendū: ⁊ in quo nulla mora eſt: q̄ſi iam ꝓductus. Sal. Natura ferox vehemēs: manu prōptus erat: maximū bonū in cele/ritate putabat. Sic dicimus prōptus ingenio q̇ inge/niū ad omnia paratū hꝫ. Per trāſlationē prom/ptus ponitꝰ ꝓ manifeſto et aperto cū res a ſecretiore loco educitꝰ: vt parata nobis ⁊ ad manus ſit: vñ dicimus: res eſt in promptu q̄ſi manifeſta. Cic. lib. j. offi. Que/qꝫ ita ſint in promptu vt res diſputatiōe nō egeat. Salu. Aliud clauſū in pectore: aliud in lingua prom/ptum habere.
Promptulus diminutiuū. Hiero. in ꝓlo. dani. Quidā e noſtris ſatis ad loquendū promptulus ezechielem adduxit in medium.
Promptarius a. um. ex quo aliud depromitur. Plau. in am. Inde cras e ꝓmptaria cella depromar ad fla/grum. Nam ibi ꝓmptaria cella ꝓ carcere poſuit: q2 e carcere ad ſuppliciū promuntꝰ noxij.
Promptarium locus in quo res ad vſum neceſſarie ita repoſite ſūt: vt ſtatim ꝓmi ac ꝓferri poſſint. Am. li. hexa. Quid ē igitꝰ os hōi niſi quoddā ſermōis hau/ſtū/ fons diſputatiōis: aula vborū: prōptariū vocis?
Promus et condus apud veteres ꝓ cellario ſumebātꝰ ꝙ inde ꝓmant: et ibi condant. Plau. in aſi. Ego ſum promus/ condus/ procurator peni. Promus q̇ ꝑeſt cibarijs ꝓmēdis: qui victū familie promit. Condus qui recondit in cellā penuariā ipſa penora. Nam in potentiorū domibꝰ alius eſt promus: alius condus: alius alij miniſterio aſſignatus. Apul. in apolo. pro/mū librorū appellat illū qui libris promendis preeſt.
Promulſis idis. potio ex mulſo cōdita. Cice. papi. Ha/buiſſes nō hoſpitē ſed cōtubernalē. At quem virū nō eū quē tu es ſolitus ꝓmulſide cōficere. Hinc ꝓmul/ſidaria vaſa dicuntꝰ quibꝰ mulſum continetꝰ. Scribit pompo Iuriſcō. Legatis vaſis ſcutellas ⁊ promul/ſidaria contineri.
Promontoriū q̄ſi ꝑeminens mōs: ſignificat eñi montē in mari prominentem. Pli. lib. xxxvj. Promontoria aperiuntꝰ mari ⁊ rerum natura agitꝰ in planū.
Promulco nauis agi dr cū ſcapha ducitꝰ fune a promul/cendo. Nam non neceſſitatis tantum cauſa fit: ſed vt nauis quietius agatur.
Promulgo as. publico: palā ꝓnuncio: quaſi prouulgo. Feſtus. Leges ꝓmulgari dicuntꝰ cū primū in vulgus eduntꝰ. Col. lib. j. C. Licinius damnatus eſt qui agri modū quē in magiſtratu rogatione tribunitia ꝓmul/gauerat immodica poſſidendi libidine trāſcendiſſet.
Promurale dicitur cum extra muros qui ambiunt ciui/tatē alius ducitur murus: et eſt murus ante murum qui et antemurale vocatur. Dicitꝰ etiā locus promu/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ralis qui eſt ante murũ. Hiero. Cum autẽ venerit ad ꝓmuralẽ locũ. i. ad futuri ſeculi ſtatum: ibi ad eam dicit oſtende mihi faciem tuam.

Pronomen ideo dicit̃ quia vice nois fungit̃. Nã ſicut dicẽdo nomẽ explicamus ꝑſonã: ſic ꝓnomẽ vt tacito noie cũ dicimus hic legit: ille ſcribit.

Pronurus pe. pro. nepotis vxor dicitur.

Pronus proprie dicit̃ in anteriorẽ partẽ flexus. Ouid. lib. j. met. Pronaqꝫ cũ ſpectẽt aialia cetera terram: Os homini ſublime dedit. Per trãſlationẽ vero q̈s dicitur pronus. i. inclinatus ad virtutes vl̃ ad vitia. Itẽ pronus dr̃ qui ẽ ꝯtrarius ſupino. Pli. lib. xxviij. Supini cubitus oculis cõducunt̃: at proni tuſſibus. Item ponit̃ pro vicino: ſicut altus ꝓ longe poſito. Uirg. Uentiſqꝫ vocatis prona petit maria. i. littori vicina. Dicit̃ et pronis in tertia declinatiõe: vt apud Terẽ. in phor. Alia trabs pronis in humũ accedens ꝓxime frangit ramos cadentes.

Propago inis. et propages gis. pe. pro. vitis vetula ⁊ ſuppreſſa: vt ex vna plures fiãt: dicta ꝙ porro pangat̃ id ẽ longe figat̃. Uirg. Flexos ꝓpaginis arcus: vbi prima ꝓducit̃. Aliq̃n ſignifi. gen⁹ et ſic p̄ma corripitur. Idẽ. Si romana potens itala virtute ꝓpago.

Propago as. pe. pro. vitẽ vetulã ſupprimo: ⁊ per trãſlationẽ ponit̃ ꝓ extendo/dilato.

Propalam pe. cor. i. clare aperte et in propatulo. Cice. lib. j. de ora. Non explicata veſte neqꝫ ꝓpoſito argẽto: neqꝫ tabulis ⁊ ſignis ꝓpalam collatis.

Propalo as. penul. corre. manifeſto: in longum creſco. Aug. lib. ix. con. Cum eñ propalata et effoſſa digno cũ honore transferrent̃ ad ambroſianã baſilicã quos vexabant immũdi ſpiritus ſanabantur. Colu. lib. iij. Deinde ex eo ſulco quaſi ramos foſſaruꝫ facies: per quos vt queqꝫ virga poſtulauerit ꝓpaletur: atqꝫ ita terra adoperies.

Propatulũ late patẽs atqꝫ apertũ quaſi porro patulũ. Sal. Uiros muliebria pati: mulieres pudiciciam in ꝓpatulo habere. i. in publico.

Prope graui accẽtu pronũciata penultima prępoſitio eſt: et ſignificat iuxta. Curtius. Cum prope id oppidũ copie conſtitiſſent. Interdum ſignifi. ex propinquo. Mar. lib. j. Hic vbi ſydereus prope ⁊c̃. Prope ſ͛o vltima acuta ponit̃ ꝓ aduerbio fere ſeu quaſi. Pli. Et in foribus tẽpli ꝓpe collapſus expauet. Terẽ. in an. Prope adeſt cũ alieno more viuendnm eſt mihi. Cõparatiuũ ꝓpior ꝓpinquior: ſuꝑlatiuũ proximus: propinquiſſimus: ac nobis adherẽs. Ueteres tñ nõ ſolũ ꝓpinquum ⁊ nobis herentem proximum dicebant: verumetiã longe remotũ: ſi tamẽ inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Uirg. Proxim⁹ huic longo ſed ꝓximus interuallo. Aliquãdo ponitur ꝓ maxime ꝓpicio. Terẽ. Gradiuũ teſtor qui deus eſt nobis omniũ ꝓximus. Mar. Nec ꝓpior q̃ꝫ phebus amet. Interdũ non habet vim ſuperlatiui et propinquũ ſignificat: quapropter cõꝑatiuũ facit proximior quod ꝓpinquiorẽ ſignificat: et ab eo fit ꝓximitas et ꝓxime aduerbiũ. Uege. Proximior ⁊ dextra ſit que plagã poſſit inferre. Ulp. lib. xxx. ad edictũ. Si quis ꝓximior naſceretur cognatus. Aliquãdo proximus in ſacris lr̃is intelligitur oĩs homo: quia vt inquit Aug. Nemo eſt cũ quo ſit malũ. Et ꝓximus eſt qui tecũ natus eſt ex adam et eua: omnes ꝓximi ſumus conditione terrene natiuitatis. Sciendũ ꝙ propius ⁊ ꝓximus et ꝓxime p̄ter compatiuoꝝ ſuꝑlatiuorũqꝫ naturã conſtruunt̃ cum actõ. Cice. Proximus pompeium ſedebã: propius vrbẽ mouent. Sal. Proxime hiſpaniã mauri ſunt. Cõpoſitũ a prope eſt deprope: quod ſignificat ex propinquo.

Propediem aduerbiũ tẽporis q̃ſi ꝓpe eſt dies quãdo hoc fiet. i. cito. Terẽ. Et illũ tibi ſaluũ affuturum eſſe hic confido propediem.

Propemodũ. i. pene quaſi ꝓpe menſuram.

Propilo as. pe. ꝓ. vide in dictione pilus.

Propinquus a ꝓpe deducitur. Et modo ſignificat eũ qui ꝓpe eſt: modo affinẽ: vñ propinquitas affinitas ꝓpinquo es. ꝓpinquus fio. Uirg. Fuge nate ꝓpinquant: a quo fit appropinquo.

Propello is. propuli ꝓpulſum: vide in dictione pello.

Propendo is. ſignificat ſurſum pendere cũ quid in ſtatera ponderatur: ſicut dependere deorſum pẽdere. Plau. in aſi. Ubi manus manice complexe ſunt atqꝫ adducte ad trabẽ nec dependis: nec ꝓpendis. Amb. tamen ꝓpendo ꝓ dependo poſuit: cũ ꝑ tranſlationẽ dixit. Attrociorẽ ſcelerũ reatum vitia reliqua ſequũtur: quoniã quo flagitioſa pependerint: eo inclinant cetera. Itẽ propẽdere eſt diu ſiue multũ aut a longe examinare. Quintili. Dabam his ocium vt refrigerato inuentionis amore diligentius repetitos tanq̃ꝫ propenderem.

Propenſus vehemẽter inclinatus. Cic. li. j. offi. Quin etiã ſi quis eſt paulo ad voluptatem propenſior. Et ꝓpenſus quaſi vltra tenſus. Perſi. Cum tibi calue Pinguis a qualiculus propenſo ſeſquipede extet. Cornu. Cũ tu o calue Senator abũdantia ciboꝝ pinguis ſis ⁊ ventrẽ habeas vltra ſex pedes extenſum.

Propetro as. pe. cor. vide in dictione patro as.

Propero as. penul. cor. a prope fit: et ſignificat feſtino celeriter eo. Nam qui in aliquẽ ꝓperat id agit: vt illi ꝓpinquior ſit. Salu. Qua illi diſceſſus erat in galliã ꝓperanti. i. celeriter eũti. Et ille dicitur ꝓperare qui feſtinãter aliq̃d agit vel dicit. Uirg. Multa forent que mox cęlo ꝓperanda ſereno. Lactã. lib. vj. Et cũ viuere ſe putant ad mortem concitatiſſime ꝓperant. Nonius. Feſtinare et properare veteres diuiſerũt. Cato. Qui vnum quid mature tranſigit properat: Qui multa ſimul incipit nec perficit: feſtinat. Uerũ vtraqꝫ verborũ ratio ſub hac ſignificantia ꝓxima eſt veritati: vt ſit ſępe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis. Feſtinare corporis neceſſitati obſequentis. Uirg. lib. iiij. Et mediis ꝓperas aquilonibus ire per altum. Et lib. ij. Feſtinate viri: nam que tam ſera moratur ſegnities? Huius compoſita ſunt Appropero quod eſt iuxta ꝓpero. Cice. pro milo. Cum hic inſidiator qui iter illud ad cedem faciendã approperaſſet. Depropero valde: ſeu celeriter ꝓpero properãter facio. Hora. lib. ij. car. Quis vdo deproperare apio coronas curat ve myrto. Impropero intro ꝓpero. Pli. lib. xxxvj. Intus labyrinthũ inextricabilẽ quo ſi quis improperet ſine glomere lini: exitũ inuenire nequeat. Aliq̃n improperare eſt crimen vel aliquid aliud obiicere. Inde improperiũ. A ꝓpero fit ꝓperatio ꝓperantia ⁊ ꝓperietas.

Properus a. um. pe. cor. idẽ q̃d celer. Plau. Properã video ancillã venientẽ. Hinc fit ꝓperior ꝓperrimus: et compoſitũ pręproperus.

Propere aduerbium. Sal. Tum propere conſul ducit exercitum.

Properatim. Cecil. Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus.

Properiter. Catu. Animula miſerrima ꝓperiter abit.

Properanter fit a ꝓperans. Accius. Remiſqꝫ nixi ꝓperanter nauim in fugam trahunt.

Prothaſis penultima correpta dici poteſt latine prętextus: excuſatio.

Propheta ę. et prophetes is. in maſcu. genere prophetis idis. vel idos. et ꝓphetiſſa ę. in fęminino a προφημι: quod eſt p̄dico. Hieron. in lib. iudi. Erat autẽ Delbora ꝓphetes vxor lapidoth: q̃ iudicabat populum. Et in euangelio. Erat anna ꝓphetiſſa filia phanuel. Eſt autẽ propheta qui futura prenunciat ab eo

primũ intellecta: aľs vera non poſſet dici ꝓphetia. Veteres vt inquit Feſtus antiſtites phanorũ oraculorũqꝫ interpretes ꝓphetas dicebant.

Propheto as. predico. Licet qñqꝫ ꝓphetare ſit laudes deo canere: vt in li. nũerorꝫ. Cũqꝫ requieuiſſet in eis ſpiritus ꝓphetauerũt: nec vltra ceſſauerũt.

Propgnigeon locus in balneis: in q̃ ignis incluſus exeſtuat: pnigos latine eſt⁹ ⁊ ſuffocatio: pnigo ſuffoco.

Propitius a. um. quod eſt placidũ fauenſqꝫ: a prope et ito as. vt quidam aiunt. Nam qui nobis fauent ꝓpe nos ire conſueuerũt: vel dicit̃ ꝓpitius proꝛſus pius aut porro. i. valde pius.

Propitio as. ſiue propitior aris. propitiũ reddo placo. Hinc repropitior: quod eſt rurſus propitium reddo Hiero. libro. ij. Re. Et repropitiatus eſt deus terre. Propitiatio ſacrificium.

Propitiabile: qđ eſt ad propitiandũ aptũ: vnde ꝓpitiabilis hoſtia. Dicit̃ et ꝓpitiale. Itẽ ꝓpitiabile quod facile flectitur: vt propitiabile numen.

Propitiatoriũ locus in quo placari ſolet deus: licet et pro tabula quadã poni videatur in exodo poſita ſuꝑ arcam vnde ſcribit̃. Facies et propiciatoriũ de auro mundiſſimo.

Propina penul. pro. dici poteſt ante famẽ ex pro ante πειρα fames. Et vt nonnulli dicunt locus erat iuxta thermas ⁊ balnea publica: vbi poſt lauachrũ a fame ⁊ ſiti reficiebantur: vnde et alij ex latina ꝓpoſitione pro: et greca dictione cõpoſitũ potius volunt ita vt indicet id quod datur ꝓ eſurire.

Propino as. penulti. pro. ex προ ante ⁊ bibo vel a πινωπρο πινειν: quod ſignificat poſt potũ tradere proprie ſignificat poculũ vt q̃s bibat ꝓguſtare ac porrigere. Plau. in cur. Propino magnũ poculum: ille bibit. Que cõſuetudo inde initiũ habuit ꝙ greci ſolemni die quẽ philotheſiã vocãt miſcere aureis atqꝫ argenteis poculis vina ſolebant q̃ e manu guſtantiũ ſumentes ori parump admouebãt: deinde alteri cui vellent offerebãt. Hoc vero propinare: qđ eſt ꝓbibere dicebat̃. Hinc factũ eſt vt propinare ſit cibũ potũqꝫ extraordinariũ voluptatis gratia cũ amicis aſſumere. Interdũ eſt ſimpliciter porrigere. Terẽ. in eu. Hunc vobis comedendũ ⁊ bibendum et deridendũ ꝓpino. Spartianus. Vuluã inciderit venenatã partem fratri edendã propinãs ⁊ ſibi innoxiã reſeruãs. Plini. lib. xx. Quidã ad vulue dolorẽ radicem cum vino dulci propinant.

Propenticon latine comitatiuũ a προπεμπω comitor ꝓmitto: vnde eſt titulus apud Sidoniũ propenticon ad libellum.

Propolis pe. cor. quaſi ſuburbanũ. Et id dicit̃ qđ apes ante alueũ faciunt. Var. Propolim vocant qđ apes faciunt ad foramẽ introitus porrectũ in alueũ maxie eſtate fauorũ ſtabilimentũ: quo omnes frigoris aut iniurie aditus obſtruuntur.

Propole pe. pro. negociatores: qui merces preemunt minoris: vt poſtea plurꝝ vendant: προ em̃ ante πωλεω vendo. Lãpri. in cõmodo. Imitatus propolas circunforaneos equos curules ſibi cõparauit. Cice. contra piſo. Piſtor domi nullus: nulla cella panis ⁊ vinũ a propola atqꝫ decopa.

Propyleum latine veſtibulũ vel porticus: qui eſt ante domum. Cice. lib. ij. offi. Phalereus demetrius qui periclẽ principem grecie vituperabat ꝙ tantã pecuniã in ꝑclara illa ꝓpyleo ꝓfuderit. Plinius protogenes cum athenis celeberrimo loco minerue delubro ꝓpyleũ pingeret: adiecit paruulas naues lõgas in his que pictores paterga appellant.

Propontis ontidis. equor patens atqꝫ diffuſum. Hec anguſtijs boſphori thracij cũ euxino ponto cõiungitur. Nam geograhi p̃mas anguſtias maris ſe coarctantis helleſpontũ vocant. Inde expatiatur equor: que laxitas propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit et ſtringitur: ille anguſtie boſphorus thracius nũcupatur. Vbi iterum effunditur pontus euxinus qui curuatus in figuram ſcythici arcus committitur oſtio meotidis paludis: idqꝫ oſtiũ Cimerius Boſphorus vocatur. A propontis fit Propontiacus a. um. Ouid. lib. j. faſt. Hincqꝫ propontiacis herentem cyzicon oris.

Propono is. ſtatuo/ delibero. Seneca. Id in p̃mis alo proponendũ vt recte viuamus. Aliquãdo ꝓponere ſignificat promittendo ponere: et oſtendere: vt propono ludum: propono premiũ. Cicero. Quis eſt qui propoſito tanto premio nõ excitetur? Aliquãdo eſt extra ponere: ſiue palam oſtendere. Plini. lib. xxxv. Idem perfecta opera ꝓponebat in pergula trãſeuntibus. Sal. Poſtulauere pleriqꝫ vt proponeret: que conditio belli foret: que premia armis peterent. Aliquãdo anteponere/ docere. Lactan. libro. iiij. Penitentiam nobis in illa circunciſione ꝓpoſuit. Aliquãdo procul ponere.

Propoſitum dicitur quod mente ſtatutum eſt: et intentio hominis. Plini. Hoc ei propoſitum erat vel ſuperare: vel cedere.

Propoſitio: queſtio habẽs aliquid quod diſputatione ſoluendum ſit: et a grecis problema dicitur. Dialectici definiunt propoſitionẽ: ꝙ ſit oratio verũ vel falſum ſignificans. Cicero libro. ij. ad heren. Propoſitio dicitur per quam oſtẽdimus ſummatim quid ſit quod probare volumus.

Proportio: vide in dictione portio.

Propretor dicebat̃ qui extraordinariã ꝓturã gerebat.

Proprium a prope fit: ⁊ dicitur quod peculiare eſt vniuſcuiuſqꝫ. Hoc enim maxime ꝓpe eſt: quod propriũ eſt. Virg. Hunc mihi da proprium virgo ſata noctẽ laborem. Hinc ꝓprietas et ꝓprie: quod eſt peculiariter. Aliquãdo dicit̃ diuturnũ. Siſen. At qui metu et ſuſpitione propriam habere quietem non poterat Plaut. Atqꝫ illum amatorem tibi propriũ futurũ in vita. i. perpetuum.

Propter ſignificat alicuius cauſa. Et accipit̃ loco cauſalis cõiunctionis: vt ꝓpter niuem frigeſcunt hoies. Virg. Te ꝓpter lybie gentes numadumqꝫ tyranni Odere. i. tui cauſa. Aliqñ aduerbium eſt ⁊ ſignificat prope. Terẽ. in adel. Nimiũ iſtoc abiſti: ꝓpter hunc

Propterea ſignificat ob eã cauſam: ſicut qua (abſiſte. propter: ꝓpter quã cauſam.

Propudium dicebãt cũ maledicto nudari turpitudine nolebãt: q̃ſi porro pudendũ: vel a quo pudor ⁊ pudicicia ꝓcul ſint. Propudia virorꝫ apud Pli. intelligit̃ immodica aut certe obſcena ven⁹ et ꝓbroſa molliciꝫ es. Plau. meretriculã ꝓpudiũ vocat: hinc dicunt̃

Propudioſa: dicta ꝙ pudicicia ſit ꝓcul a pudore. Sido. Igitur hic proxime abrupto contubernio ancille propudioſiſſime: cui ſe totum conſuetudine obſcena addixerat. i. impudiciſſime.

Propugno as. vehemẽter ⁊ de longe pugno: vñ ꝓpugnator. Liui. lib. iiij. Quid a vobis ſperentur an honores quos aduerſarijs veſtris potius q̃ꝫ reipu. propugnatoribus datis.

Propugnaculum eſt munitio: vľ quaſi locus munitus: vñ vehementer certari poſſit ⁊ defendi ꝓcul. Virg. lib. iiij. Et propugnacula bello tuta parant.

Propulſo as. frequẽtatiuum a propello: ſignificat de longe pulſo: ſeu ꝓcul fugo. Liui. lib. j. Tamen cum mœnibus bellũ propulſare poſſet in aciẽ copias eduxit. Colu. lib. vij. Euincendi ſunt aut quauis peſtiferi morbi ⁊ exquiſitis remedijs ꝓpulſandi.

Proqueſtor qui queſturã extraordinariã gerit.

Proreta p. ꝓ. dr̃ q̃ cuſtos ẽ ⁊ gubernator i nauis prora

Prorito as.penul.pro.ſignificat ꝓuoco.Col.Ut peluſiaci proritet pocula çythi.

Proripio is.pe.cor.quo ad effectum ſignificat ꝓcurro ſiue ꝓfugio.Sed qñ actõ ꝓcurrentis aut ꝓfugiẽtis conſtruit̃ ſignificat ſubito deduco: vel ſubito traho. Liui.de.ij.bel.pu.E manib⁹ ſacrificantiũ cũ ſeſe proripuiſſet.Sal.Deinde ſe domũ ex curia ꝓripuit.

Prorepo is.vero pe.pro.vide in dictione repo.

Prorogo as.pe.cor.vide in dictione rogo.

Prorumpo is.vltra ſiue valde rũpo.Ceſ.lib.iiij.Celeriter ad eas munitiones peruenerunt atq̃ ꝓruptis his prius in hoſtium caſtris conſtiterunt: q̃ plane ab his videri:aut quid rei gereretur cognoſci poſſet. Virg.lib.j.geor. Rurſus in obliquũ verſo prorumpit aratro.Quandoq̃ prorũpere eſt vltra emittere: euomere:vnde proruptum effuſum fluenſq̃.Idem. Unde per ora nouem vaſto cum murmure montis: It mare ꝓruptum.Et lib.iij.Interdumq̃ atrã prorumpit ad ethera nubem. Quod Ser. exponit pro euomuit:aſſerens nouã hãc eſſe locutionẽ. Non eñ dicimus ego prorumpo hanc rem. Hoc modo vſus eſt Terẽ.in eu. Jam me erũpere licet hoc mihi gaudium.Quãdoq̃ eſt irrumpere: quod eſt quadam vi progredi proſiliri ve.

Prorſus ꝛ prorſum dicimus: quaſi porro verſus ſignificat omnino. Noni. Prorſus ꝛ ab radicibus euulſa eſt arbor. Interdũ ponitur pro nõ recte:et vere. Idẽ in adel. Eo pacto prorſus illic alligaueris filiũ. Qñ vero nomẽ eſt ſignificat rectũ: vnde prorſi limites dicunt̃ in agrorũ menſuris:qui ad orientẽ directi ſunt.

Prorſum rurſũ ſignificat retro ante: vt dicim⁹ ſurſum: deorſum:intro:foras:hac:illac.

Proruo is.ruere facio proijcio.Liui. Mare fluminib⁹ inuexit:mõtes lapſu ingenti proruit.Idẽ lib.ix.Excitati arma capiunt:dolabre calonibus diuiduntur ad vallũ proruendũ:foſſaſq̃ implendas.

Proſa vnde ꝛ proſella diminutiuũ. Pli.lib.xviij.Sed proſellis binis terniſq̃ ſic erant.

Proſcenia ſunt pulpita ante ſcenã:in quibus ſcenici hiſtrioniam agebant.Virg.libro.iij.geor. Et veteres ineunt proſcenia ludi.

Proſapia generis longitudo : ſiue ꝓgenies antiqua:a proſupando.i.iaciendo ꝛ diſijciendo q̃ſi porro ſparſis:et quaſi iactis liberis. Aliqui a ꝓſupero: ꝙ proſuperent:hoc eſt ſupſint et ſupabundent liberi.

Proſede dicunt̃ meretrices eo ꝙ ante ſtabula ſedeant.

Proſcindo is.valde vel vltra ſeu ſubtus ſcindo.Unde dicimus terrã proſcindi cũ primũ arat̃: inquit Uar. Cum iterũ effringere dicũt: ꝙ prima aratione glebe grandes ſolẽt excitari.Cũ iteratur offringere vocãt. Tertio cũ arant iacto ſemine boues lirare dicuntur: id ẽ cũ tabellis ad vomerẽ ſit̃:et ſatũ frumentũ operiunt in porcis: et ſulcant in foſſas quo pluuialis aqua dilabat̃. Per tranſlationẽ proſcindere eſt infamare: contumelijs laceſſere:lacerare.Sue.in Aug. Hunc fędiſſimo conuitio corã ꝓſcinderunt. Plini. Hic eſt mamura catulli veronẽſis carminib⁹ proſciſſus.

Proſcribo aliquid per ſcripturam venale propono et publico: vnde proſcriptũ venale expoſitũ: quia quę erãt vendenda publice ſcribebant̃. Nã proſcribi domus dicuntur quãdo appoſita inſcriptione venales vel locande ſignificantur.Cice.lib.iij.offi.Claudius proſcripſit inſulã vendidit.Item proſcribere eſt relegare:damnare.Hor.in ſer. Proſcripſit regis rupili pus atq̃ venenũ. Plini.de ſilla. Age nõ exitus vitę eius omniũ ꝓſcriptorũ ab illo calamitate crudelior fuit.Tractum ab eo ꝙ hi ꝓprie proſcribi dicũtur vt Ulpianus teſtat̃: quorũ nomina claris litteris vt de plano recte legi poſſint ante tabernã: vł ante eũ locũ in quo negociatio exercetur: non in loco remoto ſed euidẽti ſcribunt̃: hinc proſcriptio/ damnatio/et proſcriptus damnatus.Itẽ eſt in aliquẽ penetrabile telũ intorquere. Macro. Nõ eſt facile in eũ ſcribere qui poteſt proſcribere.

Proſecta dicta ſũt ab antiquis viſcera:quę in ſacrificijs proſecaſſent. Luca. lib. vj. Si pectora plena Sępe dedi ꝛ laui calido proſecta cerebro.

Proſeletus penul.pro.aduena peregrinus aductitius.

Proſelenus penultima ꝓducta:dicitur ante lunã: nam componitur ex pro ante et σελΗνΗ luna: ꝙ ſelas:id eſt ſplendorẽ habeat: et ανω.i.ſuperne. Nam a ſole lumen accipit.Et proſeleni dicũtur ante lunã geniti: quo noĩe dicti ſunt archades.Sta. Archades aſtris lunaq̃ priores.

Proſequor penultima correpta ꝓprie ſignificat vltra: ſiue poſt ſequor.Cice.libro.ij.offi. Sequitur vt hęc officiorũ genera ꝓſequar. Plau.in ciſ.Si is hac aut hac ſocci video veſtigium in puluere proſequar hac. Aliquando proſequi eſt cum affectu animi: vt proſequor te amore/odio/laude/honore/cõtumelijs:et huiuſmodi.Et fere ſemper cum ablatiuo. Cice. in ver. acti.iiij.Iſte iratus hominem verbis vehementioribus proſequitur:id eſt inſectatur.Idez metello Domus tua deniq̃ tota omnibus ſummis officijs proſequuta eſt.Interdũ proſequi eſt perſeuerare exequi qđ ceptuz eſt.Amb.Et bene ſabbato cepit vt ipſum ſe oſtẽderet creatorẽ: quia opera operibus intexeret et ꝓſequeretur opus quod ipſe iam ceperat. Interdum eſt quaſi deducere: et comitari. Hiero. ad Julianum. Inter multorũ officia propinquorũ: et conſulares amicos tuorũ exequias ꝓſecutus es. Diuerſis alijs modis vſurpatur.Lactan.lib.ij.Siquidem ſacrilegia ſua iocularibus etiã dictis proſequebatur id eſt condiebat.Idẽ lib.iij. Quã Tullius vniuerſis eloquẽtię ſue verbis proſecutus eſt.i. deſcripſit/tractauit/ vel laudauit.Cice.lib.j.tuſ.Quid totũ prope cęlũ ne plures ꝓſequar nõne humano genere cõpletum eſt.i.vltra hominẽ.Idẽ in Cato.Quã palmam vtinã dij immortales tibi reſeruẽt: vt tui aui reliq̃as ꝓſequare.i. viriliter aſſequaris: vel proſpere conſequaris.Terẽ.in adel.Ego ius meũ ꝓſequar. Plau. in cap. Nũc barbarica lege certũ eſt ius meũ ꝓſequi id eſt ꝓ virib⁹ obtinere.Col.lib.j.Ac rurſus premio ꝓſequamur eos qui ſtrenue ſe gerunt.

Proſodia cũ accentu in pe.latine accentus dicitur:que lex eſt ſiue regula ad eleuandã/deprimendã ve ſyllabam vniuſcuiuſq̃ particule orationis accõmodata. Et alio noĩe apud gręcos τονοσ dicit̃. Fit autẽ ꝓſodia a προσ gręca ꝑpoſitione q̃ ſignificat ad ꝛ ωδΗ cantus.

Proſerpina pe.cor. luna Jouis ex cerere filia: a gręcis perſephone dicit̃.Ouid.lib.iiij.faſt. At neq̃ perſephone digna eſt predone marito. A proſerpendo dictam ꝓſerpinã.Augu.lib.vij.de ci.dei.ſignificareq̃ fecunditatẽ ſcribit.Quę cũ aliquãdo non eſſet dicta: fuit rapta ad inferos: et tũc ceſſarũt inſtrumẽta ruralia. Qua redeũte inſtituta ſunt ſolemnia apud athenas. Serpere eñ videt̃ veluti ſerpens dũ modo in dextrã modo in ſiniſtrã mouetur: ꝓpter qđ et omniuaga dicit̃. Dicta eſt libera/diana/lucina/ triuia/hecate/et noctiluca.

Proſumia genus nauigij leuis ſpeculatorij. Plau. De nocte ad portũ ꝓuectus ſum proſumia.Ceci.Qui ꝓ gubernatore ſe gerens prope vertit proſumiam.Hę naues etiã geſeorete vocant̃.

Proſeuche obſecratio vel oratio quę ad deũ funditur: dicta quaſi προσευχΗ. Quia attentione opus ſit προσευχω eñ eſt attẽdo vel intendo vł adhibeo. Juue. videt̃ ponere ꝓ eo loco vbi precib⁹ et obſecrationibus mendici a tranſeũtibus ſtipẽ mendicabãt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel victitabant. Ait enim. Ede vbi conſiſtas in qua
te quero proſeucha. Nam in ingreſſibus pontiũ mẽ/
dici tuguria habebant vnde a pretereuntibus men/
dicarent ſtipem.

Proſocer penul. cor. vide in dictione ſocer.

Proſopis pe. cor. inſula in delta nili: in qua eſt ciuitas
atarbechis: vt ait Herodotus.

Proſopopeia ad ṽbũ dicit̃ pſonę factiua. Cõponit̃ eñ
ex προσωπον: quod perſonã ſignificat: et ποιω
